

Chirurg.

221

Chirurg.

21

4517.
~~Medicin: 2333~~

Chirurg. 137.



MATTHIAE, LVDOVICI
GLANDORP CHIRURGI
*p. m. Coloniensis eximii filij,
chirurgia et medicina Doct.*

TRACTATUS
DE
POLYPO
*Narium affectu gravissimo
observationibus illustratus.*

BREMÆ
TYPIS WESSELIANIS
Gerrit Muntinck Schult.



H

MATTHEI, LEONHARD
LEONHARD MATTHEI
LEONHARD MATTHEI
LEONHARD MATTHEI

TRACTATUS
DE

REVERENDISSIMO PATRI
ARCHIEPISCOPO
METROPOLITANO
MAGNIFICENTISSIMO

BRUNNÆ

TYPIS WESSELIANIS
PUBLI-
CIS





NOBILI CLARISSIMOQ; VIRO Dno. DOCTORI
PETRO HOLZEMIO DAVENT., Serenissimo-
rum Principum FERDINANDI Archiepiscopi & E-
lector. Colon. &c. & WOLFGANGI WILHEL-
MI Comitis Palatini ad Rhenum &c. Medico or-
dinario & celeberrimo, ac apud Colon. Medicinæ
Professori primario, suo olim præceptori meritissimo
& colendo. &c.

ET


CLARISSIMO LONGOQUE USU ET EXPERI-
ENTIA EXCELLENTISSIMO VIRO Dno.
VALENTINO am Ende Henichenfi Misn.
Medicinæ Doctori, & Reipubl. Bremensis Physico,
amico & compatri suo caro,

*Hoc grati erga utrumq; animi munusculum
& viternum.*

D. D. C.

MATTHIAS GLANDORF.

Colon. D.



Qui



Uti studia, labores conatusque suos publici faciunt juris, VIRI EXCELLENTISSIMI, in id unice incumbunt, quò sub auspicio & regimine famosissimorum & benè meritorum luminis in oras prodeant, & illorum splendore illuminati majus lumen nanciscantur, vindicesque ita sibi contra dentes Theoninos paratos habeant.

Idem & mihi in hac mundi naviculà pessimis hominum moribus & ingeniis saburrata faciendum video, patronosque ac fautores eligendos instituendosque, reor, quò impavidè hæ meæ vigiliæ lucem aspiciant. Inter eos autem, quos huic meo tractatui præesse optavi, quosque & velle, & sufficienter posse confido, vos viros clarissimos & excellentissimos delegi, causis ad id adductis variis, quas omnes hinc recensere supervacaneum esse arbitror. Præcipua autem & maxima earum est vestra erga me benevolentia & favor, quo uterque vestrum me prosecutus est.

Primo etenim sub auspicio tuo vir experientissime D. D. HOLTZEMI medicinæ fundamenta jeci, te Professore & patrono ultra quadriennium Coloniae gavissus fui: his per actis parenti meo p. m. Ludoico Glandorp chirurgo author & suavor exstitisti, ut Italiam adirem, ac in Athenæo Anthenoreo ulterius studiis incumberem, & ad finem cursum eorum ibidem deducerem. Nec his duntaxat contentus stimulis, literis insuper commendatitiis tuis ad clarissimos ejus loci viros, HIERONYMUM quippe FABRICIUM AB AQUAPENDENTE & ADRIANUM SPIGELIUM Bruxellensem p. m. ambos chirurgicæ & anatomicæ scientiæ peritissimos omnique laude dignissimos, tantum effecisti, ut non solum familiaritate illorum domestica, verum & rararum observationum chirurgicarum & instru-

stru-

strumentorum particeps fuerim : Imò, ut idem Spigelius p.
m. me in numerum dissectorum publicorum suscepit. Tu
verò Clarissime D. D. VALENTINE am Ende / mihi an-
tè decennium hùc venienti in principio meæ praxis, tantis
me beneficiis affecisti; & etiamnum tantâ cum familiarita-
te mecum conversaris; ut illorum etiam memoriam nulla
unquam delere queat oblivio.

Hæc cum ita sint, & me à vobis viris clarissimis tot be-
nificiorum generibus affectum cognoscam, ingratitude
locum dare turpè & indecorum judicavi, ne & idem nomen
quoque, quod divinis abundans ingenii frugibus Plato Ari-
stoteli, mulum ipsum nominando, tribuit, mihi, & quidem
meritò contingat. Antipelargesin itaque hanc meam in-
grati animi symbolum vobis consecratam, datam & obla-
tam hilari fronte suscipitote, & tractatum hunc meum sub
vestro patrocinio prodeuntem, ea qua datur mente arripi-
tote, & adversus Momorum & Zoilorum, quippe qui longa
experientia & felicissima in medendo praxi multum vale-
tis, insultus defenditote. Quod reliquum, faxit Supremus
omnium rerum ordinator & dispositor, ut diu ad Nestoris
usque annos mortalibus ægris vestro auxilio subveni-

re possitis. B. V. Bremæ 1628.

14. Novemb.



(?) 3;

DA.

AD LECTOREM.



*U*amvis, amice lector, varia me principio terrerent, ani-
 mumq; meum praepeirent obstacula; quò minus tracta-
 tum hunc, quem de polypo collegeram, publici juris facerem:
 attamen tandem, vidis illis, nonnullorum amicorum peti-
 tionibus annuere, a quum esse duxi, eo quoq; trito invitatus
 verbo, quod omne bonum sui communicatione gaudeat. Hoc dum aggre-
 dior, nullus dubito, non paucos fore, qui invidia lacesciti stimulis, hosce
 meos labores conatusq; de polypo in tironum gratiam compilatos, conscri-
 ptos, coagmentatos, theoninis ac viperinis dentibus sint excepturi. Fateor,
 hoc meo in opere non me velle docere pisces natate: Sed chirurgia potius
 eirones ad artis ejus praecepta perpendenda & examinanda instigare. Id-
 circo, quantum arte & ingenio meo assequi potui, in id unice incubui, ne
 eos in hortum spinosis sentibus repletum, neve inexplicabilibus labyrinthis
 ac maandris impeditum, verum ad amana prata, nil nisi excellentissimorum
 medicorum & chirurgorum auctoritatem, experientiam ac ratio-
 nes redolentia spirantiaq; deducerem: nec non in quibus tam clara, splen-
 dens, mira q; jucunditate oculos pascentium recreans, oblectans, veritas
 ipsa huius mei tractatus, ac si Diana quadam in simplici sua castitate nuda
 videretur, sese offert ac emicat. Ex optimis namq; iisdemq; authenticis
 authoribus, tanquam apes ex omnis generis floribus melleum succum su-
 gentes, haec collegi, addita experientia & observationibus proprijs. Nec
 hoc dissimulare debeo, plurima ex eis scriptoribus esse deducta, & huc
 translata, quorum monumenta ferè temporis injuria vel perierunt ex par-
 te, vel nisi denuo brevi lucem aspexerint, opera eorum, quod summo perè
 dolendum, vix centesimo tam medico quam chirurgo erunt nota. Prisci
 enim stylo potius plano, ac ad affectus curandos faciliori, quam verborum
 lenocinio, subtilitate, & ambiguitate, ne tenebras rei alioquin clare indu-
 cerent, posteritati consulere, ei q; prodesse optaverunt. ob quam causam a
 nonnullis, qui sibi altum nimis sapere videntur, reijciuntur, interim ta-
 men methodo illorum insistere invite etiam coguntur.

*T*ibi his, lector benevole, omnia in bonam partem interpretaturo,
 omnia bona precor, mea q; cuncta studia ulterius offero, & si altissimus opi-
 fex & rector omnium, qui & creavit medicinam, & benedixit ei, mihi
 concesserit annos, expectabis decades observationum chirurgicarum &
 medicarum rararum, nec non librum pandectarum ad chirurgi mentem

AD

(9)

8

Et manum feliciter dirigendam. Zoilo vero, nihil suum recte agenti, Et
aliena studia criminanti, meliorem mentem opto, ut Et ex se aliquid utile
honestumque proferat, Et alios quoque sinat, pro modulo talenti sui Deo Et
reipublica inservire. Modestia prohibet me aliud addere, quod quidem
medicus celebratissimus JOANNES CRATO A CRAFTHEIM
adversus humanum morsum ex humano corpore nominare non erubuit:
quod idem est, unde Panthera, Aconito (eo, quod Pardalianches dicitur)
devorato, remedium querit; de quo qui volet, legat Aristotel. lib. 9. hi-
stor. cap. 6. Nicandrum in Alexipharmacis ejusque scholiasten, Et Plini-
um lib. 8. 27. Sed ego in eo persto, ut cavillatori Et calumniatori rectum
animum veritatis cupidum Et Christiane charitatis succo imbutum pre-
cer; ut omnes, qui literarum optimarum studia sectamur, mutuo favore
Et alternis subsidijs Et famam nostram Et publicum bonum adjuvemus.
Brema ex museo meo Machaonico 1628. 14. Novemb.

Vester

Matthias Glandorp. D.

IN MATTHIÆ GLANDORP. CHI-
RURGI ET MEDICI APUD BREMENSES CLA-
RISSIMI TRACTATUM DE POLYPO TE-
TRASTICHON.


SI potuit Chiron & Telephus indere nomen
Ulceribus, medicas quis adhibere manus
Norat uterque senex, & nemo præter utrumque:
Te quoque, vel Momo iudice, posse puto,
GLANDORPI, POLYPO date duplice nomine nomen,
Quem scribendo tuum, quemque medendo facis.

Anton. Günther Billich. M. L. Et Comit. in
Oldenb. ordinar. medic.

NOMINA EORUM QUORUM IN
hoc tractatu fit mentio.

Adria-

<i>Adrianus Spigelius.</i>	<i>Forestus.</i>	<i>Montagnana.</i>
<i>Aetius.</i>	<i>Gabriel Ferrara.</i>	<i>Nechepfos.</i>
<i>Albucaſis.</i>	<i>Gabriel Fallopius.</i>	<i>Nicolaus Myreſſius.</i>
<i>Alexander Benediſtus.</i>	<i>Galenus.</i>	<i>Oribafius.</i>
<i>Alfonſus Moreſcottus.</i>	<i>Georgius Horſtius.</i>	<i>Paræus.</i>
<i>Alſomarus.</i>	<i>Gefnerus.</i>	<i>Paulus Aegineta.</i>
<i>Amatus Luſitanus.</i>	<i>Gordonius.</i>	<i>Petrus de Bonanto.</i>
<i>Andreas Laurentius.</i>	<i>Gorrhaus.</i>	<i>Petrus Paw.</i>
<i>Antipater.</i>	<i>Guido de Cauliaco.</i>	<i>Philagrius.</i>
<i>Apollonius.</i>	<i>Guillielm⁹ de Gariga.</i>	<i>Pigraus.</i>
<i>Ariſtoteles.</i>	<i>Heurnius.</i>	<i>Piſo.</i>
<i>Arnoldus Weichardus.</i>	<i>Hieronym⁹ Mercurial.</i>	<i>Platearius.</i>
<i>Aſclepiades.</i>	<i>Hippocrates.</i>	<i>Platerus.</i>
<i>Avicennas.</i>	<i>Hollerius.</i>	<i>Plinius.</i>
<i>Avenzoar.</i>	<i>Horatius.</i>	<i>Quirinus Apollinaris.</i>
<i>Bartholomæus Hierovi- us.</i>	<i>Jacchinus.</i>	<i>Rhazes.</i>
<i>Bertapalia.</i>	<i>Joannes de Vigo.</i>	<i>Riolanus.</i>
<i>Bertracius.</i>	<i>Joānes Andreas à Cruce.</i>	<i>Rogerus.</i>
<i>Brunus.</i>	<i>Joannes Guinterus An- dernac.</i>	<i>Rordeletius.</i>
<i>Celius.</i>	<i>Joannes Fernelius.</i>	<i>Rolandus.</i>
<i>Carpus.</i>	<i>Joannes Fauconerus.</i>	<i>Ruffus Ephesus.</i>
<i>Casparus Bauhinus.</i>	<i>Joannes Hornung.</i>	<i>Serapio.</i>
<i>Cato.</i>	<i>Lampo.</i>	<i>Symphorianus Cham- perius.</i>
<i>Celsus.</i>	<i>Lanfrancus.</i>	<i>Tabernamontanus.</i>
<i>Chalmeteus.</i>	<i>Leonhardus Fuchſius.</i>	<i>Tagaultius.</i>
<i>Cornarius.</i>	<i>Ludoicus Glandorp.</i>	<i>Theophilus.</i>
<i>Crollius.</i>	<i>Martialis.</i>	<i>Theophrastus.</i>
<i>Daniel Sennertus.</i>	<i>Martinus Rulandus.</i>	<i>Theodoricus.</i>
<i>Dioscorides.</i>	<i>Maſſarius.</i>	<i>Turnerus.</i>
<i>Fabricius ab Aquapend.</i>	<i>Matthiſlus.</i>	<i>Valeſcus de Taranta.</i>
<i>Fabricius Hildanus.</i>	<i>Mefue.</i>	<i>Wirtz.</i>
		<i>Wirſung.</i>



MAT



MATTHIÆ GLAN-
DORP COLON. CHIRURGIÆ
ET MEDICINÆ DOCT. TRA-
CTATUS DE POLYPO.

CAPUT PRIMUM.

De nasi, qui est polypi subjectum, structura & usu.



DE nasi affectu haud levissimo scripturus (*de polypo quippe*) non ab re esse arbitror, pauca eaque necessaria, uti & in mea methodo medendæ paronychiæ factum, de ejus usu & structura præmittere; quo ex iis chirurgiæ non modo verum & anatomes tyronibus, quonam modo in debellatione hujus, tutò, citò & jucundè, operationes suas exercere possint, innotescat. Etenim, partis affectæ constructione cognita, meliùs & cum majori patientum emolumento officium suum perficiet, majoremque honorem ac laudem chirurgus venabitur.

Nasus itaque Græcis *ῥίς* à *ῥέω*, quòd per illum excrementa cerebri expurgantur, sic dicitur. Est eminens illa faciei pars, à superciliarum medio interstitio, quod *Glabella* dicitur RUFF. EPHES. *de part. human. corp. appellat. lib. I. cap. 6.* incipiens, & in labium superius terminans: seu secundùm LAURENT. *lib. II. cap. 4.* ab oculorum internis an-

Nasus
quid

Glabella.

A

gulis

gulis acuto mucrone incipiens, ad labiorum ferè principium definit.

Nasus partes habet externas & internas,

Externæ & internæ in instrumento hoc organico spectantur partes; ad *externas* referunt anatomici cutim cum cuticula, musculos, venas, arterias, nervos, ossa, cartilagineas, & internam tunicam. GUIDO DE CAULIACO edit. ann. 1363. tract. 1. doct. 2. de anat. Nasus partes continet carnosas, & ossuosas, & cartilagineas. &c.

nasi cutis

pinnae, alae seu pterygia nasi

columna,

globulus.

Cutis eadem, quæ cæteras faciei occupat partes, tenuior tamen est, quin & validissimè adhæret, ad narium autem *pinnas alas seu pterygia* ubi pervenit, involvitur aliquantulum circa margines earum, constituitque partem illam, quæ præest cartilagineo intersepto, ac à RUFFO, lib. 1. c. 4 *columna*, *κλειων* dicitur, in cujus superiori loco, eminentia illa rotunda, nasi scilicet extremo, *ἀνεστὸν πινιον*, *globulus, orbiculus*, qui ab AQUAPEN. tract. 2. de locutione *pyrula seu sphaeridion*, à SPIGELIO verò lib. 1. cap. 11. de humani corporis fabrica *σφαιρίων* vocatur, apparet, cartilagini quodammodo se assimilans.

vibrissæ.

evulsis vibrissis hæmorrhagia insequitur. nasus pinguedine caret.

nasi musculi.

Vibrissæ in interiori ejus parte, impediunt, ne muscæ irrepere, nec pulveres intrare possint, secundum ALEXAND. BENEDICT. lib. 4. anat. histor. c. 39 de naso; his vi evulsis, præterquam quòd caput vibretur, non rarò insignem hæmorrhagiam insequutam observavi.

PINGUEDINE partem hanc natura ne nimis deformis ejus moles redderetur, dotare noluit.

MUSCULI verò partim attrahendi, partim emittendi aëris gratia alis inserti, quo facilius voluntarius motus, dilatatio scilicet & contractio, pro hominis arbitrio nunc celerior nunc tardior perficeretur, de quorum numero certant

anato.

anatomici. Duplices tamen narium sunt musculi; **Unus** musculi nasi duplices, scilicet *communis*, qui labium cingit, & ubi illud deorsum trahit, nasum deprimat. Quatuor sunt *proprii* dilatantes, totidem constringentes, *Vide magni Baubini theat: anatom: lib. 3. c. 64. & SPIGEL lib. 4. cap 5.*

Ossa dumtaxat propria nasus habet *tria*, in utroque latere unum est, circa quæ considerantur *spina & dorsum*, tertium inter illa locatum in medio nasi per rectum ab osse ethmoide seu cribroso, instar septi enascitur. **LAURENT.** *lib. II. cap. 5.* ubi dividit nasum, in externas & internas partes, inter *internas* censet os *Ethmoides seu cribrosum*, *incerniculi* vicem gerens **THEOPHILO** *de corp. hum. fab. cap. 12.* quod ex quadruplici ossium genere constare asserit **FALLOPIUS** *lib. I. obs. anat. de ossib. cap. 9.* *Primum* genus est illud, quod processus mammillares interstinguit, *crista galli.* *Alterum* quod cribri instar perforatum, *cribrosum.* *Tertium* quod nasum in duas partes dirimit, cuius finis circa palatum vomerem refert, *inter septum.* *Quartum* locatum in utraque narium parte, *cavernosum ac spongiosum* dicitur. In his cavernulis præparatur aer, ne nimis crudus ad cerebrum deferatur; hæc duo ultima cavernosa ossa carne subrubra ac spongiosa multis venarum & arteriarum ramulis referta, teguntur, & quamplurimum affectus, de quo fiet mentio, ex illis enascitur, ea propter hæc addere placuit. Summas harum ossium angustias *Isthmoides*, ab isthmi similitudine vocat **ALEXAND: BENEDICT.** *Arabes* Alcaisin. *Perlegat quoque studiosus lector* **PETRI PAW.** *primit. anatom: de corp. human. ossib. cap. 7.* Ubi de duabus illis cavernis in osse frontis, supra nasum locatis, loquitur *De processibus*

nasi ossa.

os nasi Ethmoides.

ex quadruplici constat ossium genere. crista galli. cribrosum. vomer. spongiosum.

Isthmus nasi. Alcaisin.

ossis frontis cavernæ.

processus

mammil-
lares, *mammillaribus* cerebri duobus, altera interna nasi parte of-
si ethmoidi incumbentibus abundè & clarè tractant FAL-
LOP. *lib. 3. obs. anat. cap. 14.* & SPIGEL. *lib. 7. de humani
corporis fabrica cap. 2.*

nasi carti-
laginæ
quinque *CARTILAGINUM*, quæ quinque sunt (PARÆUS
lib. 5. cap. 7. sex vult esse) duæ, latera constituunt, & aspe-
ritati ossium, non secus ut & tertium, intersepto junguntur.
Duæ aliæ *alas, pterygia, pinnas* mobiles efformant, atq; his
mediantibus nasi cavitates seu foramina duo, *nares*, fingun-
turquæ à Poëtis *thalami*. THEOPHILO *Rhothonos*, Atticè

thalami,
& rhotho-
nes nasi. quoque *myxæ* appellantur, HIPPOC. & alii *μύξαν* promuco-
re, habent quam Athenienses *κόρυζαν* vocant. Harum cavi-
tatum pavimenta poëtæ *torcularia* vocarunt. Debit autem

torcularia
nasi. nasus partim osseus partim cartilagineus exstrui, quo ad u-
sum ejus compositio esset aptior, nec non duo foramina, à
natura ordinata, quo uno obstructo à catharro, polypo, aut
simili, alterum maneret salvum.

nasus cur
osseus &
cartilagi-
neus. *VENÆ* sunt à jugularibus externis. *ARTERIÆ* à
nasus cur
duo fora-
mina. *NERVI* verò procedunt à tertio pari ner-
Vorum.

Venæ nasi.
arteriæ.
nervi.
tunica in-
terna. *TUNICA* interna narium à dura matre per foramina
cribrofi ossis defertur, non ubique sibi similis. Nam circa
os spongiosum crassior est, quam in aliis partibus, & fora-
minibus pertusa. Hinc defluit materia ex cerebro, partim
ad os, partim per nares emungitur, duæ namque sunt viæ in
naribus, una ad caput, altera ad palatum & os. Sensus pol-
let exquisitissimo, illa namque ab acri medicamento irrita-
ta, confestim iternutationem excitat, ob sympathiam hu-
jus tunicæ cum thorace, ut vult BAUHINUS. Hæc tunica
erosa & exulcerata, sæpissimè polypo, ut infra dicetur, an-
sam præbet, *dein ut idem in instit. anatom. de capite vult,*

tunicæ
nasi sensus
exquisit^{us}. *hæc*

hac donatur nasus, ut carnis in naribus excrescentiam impediatur.

Hæc de nasi structura: nunc de usu. Inserviunt nares præcipuè respirationi & aeris attractioni, qui partim cerebro, partim pulmonibus & cordi opitulatur. Dein famulatur odoratui, dum aërem odoribus permixtum per ossis spongiosi obliqua foraminula ad processus cerebri primo mammillares defert, post ad cerebri ipsius corpus; conducit namque nasus ad odoratus perfectitudinem. Tertio per nares fit excrementorum cerebri in cavitatem eorum delapsorum mucolorum expurgatio.

Quartò ad formandam vocem, & ultimo ad faciei ornamentum procreatum nasum statuitur.

Plura de nasi structura, & olfactus organo, qui scire satagit, is consulat Aristotelem, Hippocratem, Galenum, Laurentium, Aquapendentem, Bauhinum, & s, qui prolixè & ex professo anatomica tractant. Sufficiat hîc magis necessaria, & ad affectum curandum conferentia declarasse.

autho-
tantum
considerat
nasi stru-
cturam,
quatenus
chirurgus

CAPUT II.

De polypi descriptione in genere, quatenus variae species ab auctoribus proponuntur.

Remissa anatomica partium sufficienti ad affectus hujus atrocissimi summeq; molesti cognitionem & curationem explicatione: jam descriptionem, eamq; ex chirurgorum tam pris-
corum quam recentium sententiis desumptam propono, ac unicuiq; honorem & laudem suam tribuo.

polypi de-
scriptio.

Polypus itaque ^a caro est ^b tumida ^c inæqualis, ^d membranula tecta, ^e in narium partibus ^f contra naturam ^g à causa vel interna vel externa orta, ^h earum porum nunc unum, ⁱ nunc ambos simul obstruens, ^k polypi piscis carni haud dissimilis, ^l modo alba, modo subrubra, ^m vel mollis vel dura, ⁿ dolens & non dolens, ^o interdum cum hæmorrhagia, non raro etiam sine ea, ^p in principio exigua, ^q paulatim verò ita accrescens, ut nunc per foramina palati ad fauces descendens, ^r nunc extra nares propendens, ^s nunc in cavitate duntaxat permanens, ^t externas quoque nasi partes tumidas reddens, ^u respirationem impediatur in tantum, quo ægri hianti ore cogantur dormire, aeremque per ipsum os cum maxima difficultate attrahere: ^x insuper & mortem inferens.

Hæc est descriptio congruens omnibus polypi speciebus, ab authoribus variis citatis; Ex sequentibus autem studiosus lector facile discernet, quænam carnis excrescentia in naribus polypus sit dicenda.

CAPUT III.

Descriptionis explicatio inmitens celeberrimorum tum chirurgorum tum medicorum authoritatibus.

Polypus
caro est.



Polypum ^a carnem esse his verbis testatur ALBU CASIS lib. 2. cap. 24. Quando nascuntur in naso carnes. ROLANDUS lib. 1. capit. 39. sic incipit. Carnis superfluitas &c. GEORGIUS HORSTIUS lib. 3. de morb. pect. observat. 15. polypum excrescentiam carneam statuit. ALPHONSUS MORESCOTTUS
in

in compendio suo totius medicinae de indiciis morborum ait. Polypus est humor carnosus. THEOPHRASTUS lib. von den offnen schaden / *de ulceribus cap. 20.* Ich sage / DAS polypus sey ein verirrtes Fleisch / dico, polypum carnem esse errantem. CELSUS, lib. 6. cap. 8. Polypus verò caruncula est. PLATERUS tract. 3. de vitiis cap. 3. de extuberant. In naribus frequenter ejusmodi caro expullulat, & Sarcomatis nomen servat. JOHANNES GUINTERUS ANDERNACUS *de medic. veteris & nova comment. 1. dialog. 8.* à Græcis vitium hoc ὑπερσάρκωμα appellatur. DANIEL SENNERTUS lib. 5. part. 1. sect. 2. cap. 13. interdum & sarcoma quoddam & carnis excrementia in interioribus naribus ad nascitur. HIERONYMUS FABRICIUS AB AQUAPENDENTE *de operat. chirurg. part. 1. cap. 24.* est hujusmodi tumor quasi caro. ENCHIRIDIUM *practicum medico-chirurgicum incerti authoris*, polypum carnem vocat inutilem. JOANNES DE VIGO tract. 3 cap 3. in naso caro superflua oriri solet. CHALMETEUS cap. 24. carunculam vocat. PIGRÆUS lib. 5. *de ulceribus cap. 9.* excrefcit ibi caro. FERNELIUS lib. 7. *de extern. corp. affect. cap. 3.* Sic in malè curatis ulceribus, sæpe excrefcit caro, sic polypus naribus contusis; hic polypum ad sarcoma seu carnem excrementem refert. GABRIEL FERRARA lib. 1. obs. 34. tenera callositas est polypus narium. MONTAGNANA *consil. 72.* carnem dicit superadditam. SYMPHORIANS CHAMPERIUS *de ægritudinibus cutis per modum supplementi;* in hoc morbo caro interiora, &c. VALESCHUS DE THARANTA lib. 2. cap. 62. Sunt quædam carnes sive excrementiæ additæ sive natæ in nasi interiorib⁹ &c. SERAPIO. tract. 2. c. 13. carnem dicit additam in naso super necessitatem. Idem asserit

rit

tumida.

rit WIRSUNG. *part. I. cap. 8. parag. 4.* tumidam esse seu tumorem, præter authores sequentes, experientia testis ipsaque autopsia est. ALBUCA SIS *citat. loco.* carnem polypiauctam nuncupat, id est, in tumorem elevatam. Sic GALLENUS & ALTOMARUS *de medendis humani corporis malis cap. 39.* polypum ad tumorem refert. SERAPIO carnem natam super quantitatem. THARANTA excrescentiam dicit. PARÆUS quoque nasi tumorem polypum *lib. de tumoribus contra naturam particularibus cap. 2.* statuit. Ita & FERNELIUS, GORRHÆUS, CHAMPERIUS, DE VIGO, ÆGINETA, cæteri que ubi de tumoribus tractant, ibidem hujus affectus mentionem faciunt. Solus autem PIGRÆUS *capit. citato* polypum ad ulcera refert, ac in eorum enarratione eundem describit: fortassis auctoritate motus GUIDONIS DE CAULIACO *tract. 4. doct. 2. de ulcerib. memb. organ.* ubi potius polypum cancrorum, durum, & jam ulceratum, quam, verum, mollem & curabilem delineat, his verbis. Polypus est narium ulcus, durum, siccum, dolorem inferens, horrendum, foetidum, naribus firmissimè adhaerescens, &c.

Pigræus a reliquis dissentire videtur.

Quinimo idem PIGRÆUS toto quasi cœlo à reliquis chirurgis dissentire videtur: vultque duntaxat eam carnis excrescentiam in naribus, quæ cum cancrorum ulceribus similitudinem habet, polypum dici: aliam autem carnem, quæ ibidem innascitur, sarcoma appellari potius debere. Reliqui citati sarcoma pro genere tumoris carnosii, hic verò pro specie habet. *Ut ut sit, de nominibus, & utrum tumor vel ulcus sit, diu rixari, de lana est caprina altercari, cum tali lite morbi non curentur, qui potius, ut ille inquit, non verbis sed herbis curantur.* inæqualem esse carnem demonstrat ipsius figura, nam ob eandem causam polypo pisci comparatur; Ut enim ille non uniformis sed multos habet pedes; sic

inæqualis.

sic

sic hic multas extuberantias, quæ tamen nunc plures nunc pauciores adsunt. AQUAPEND. multæ apparent, veluti carunculæ simul junctæ, aut altera ab altera pendens.

^d *membranulatectam*. PLATERUS. quæ in principio tenuis quidem est, instar membranulæ, paulatim durior evadit,

membranula tecta.

non secus ut in reliquis Sarcomatis speciebus eadem oriri consuevit. *in narium partibus internis*. CELSUS. narium ossi inhæret, narem implet. ALEXANDER BENEDICTUS, *lib. 4. cap. 39.* summas narium angustias

in narium partibus internis,

Isthmoides dictas polypus infestat. BAUHIN. *in theat.*

anat. intra narium cavitates occurrunt carnes spongiosæ subrubræ, quibus nasi ossa spongiosa replentur, ex quibus tumefactis, polypus narium generatur. AQUAPEND.

appensæ quidem carnes ad cartilagine modo, modo ossibus aut nasi, aut supernè spongiosis. GAB. FERRARA *chirurg. Mediolan. lib. 1. obs. 34.* in interioribus naribus

excrescit. THEOP. ita nascitur polypus, nascitur in naso **oben an** / in superiori loco. AGGREGATOR Lugdunensis, caro interiora nasi occupat, intumescens. idem sentit GORRHÆUS. ALBUCASIS. caro nata in superioribus

ossibus naris. PARÆUS ab osse Ethmoide ferè ortus. *contra naturam*. GALEN. *de compos. medic. secund. loca lib. 3.* ex genere tumorum præter naturam polypodes in naribus generantur.

contra naturam.

HOLLERIUS dicit esse præternaturam, *perioche 3. de narium affectibus*, ut & AQUAP. nec non PAULUS lib. 6. cap. 28. & ALTOMAR. Assero ego hunc tumorem esse contra naturam non præter naturam,

quod & facit PARÆUS, ubi dicit polypum esse tumorem nasi contra naturam. Nam quicquid est contra naturam, naturæ excessit limites, & vim infert, viresque ac functiones

contra naturam & præternaturam ut differant.

B

nes

nes manifestè interturbat : quod verò est præter naturam, id ipsum etsi ex naturæ præscripto non est, illi tamen nullam vim infert. Sic color Ictericorum est præter naturam.

a causa vel
externa,
vel inter-
na orta,

earum po-
rum nunc
unum,

nunc am-
bos simul
obstruens.

polypi pi-
scis carni
haud diffi-
milis.

s à causa vel interna vel externa orta. PLATERUS. ab ulcere aut alia læsione. CHALMETEUS. ex humoribus crassis & viscosis è cerebro ad nares influentibus : item ex recentibus ulceribus neglectis, adjungo his ex vulneribus, & ubi latum, vel acutum, vel obtusum aliquod instrumen- tum in nares intruditur, earumque tunicas & venas lædit. *Vide plura cap. 9. de causis polypi. ^b earum porum nunc unum ;* & hoc fere semper, rarissimè namque contingit ambas na- res polypo occludi: hinc rectè dicit ALBUCASIS caro na- ta in superioribus ossibus (*non navium sed*) naris. *nunc* *ambos simul obstruens.* BAUHIN. interdum supra palati ca- vitates geminas propendent polypi. RIOLAN, cuidam nobili in fauces & intra nares ita producebantur polypi, ut singulis ferè mensibus per quadraginta annos forcipibus in noxiè abscinderet. HORSTIUS *lib. 2. de morb. capit. obs. 27.* Anno 1622. polypum satis auctum, & utramque narem re- plentem in rustico quodam Ulmæ vidit. PARENS *meus p. m.* LUDOICUS GLANDORP *chirurgus Coloniensis,* ante aliquot annos filium Cerevisiarij in platea nominata *die Bottegasse* curavit, cui ex utraque nare ad os ferè pro- tendebantur polypi: cuius curationem observatione pri- ma lectori trado. *polypi piscis carni haud dissimilem.* A- QUAP. polypi piscis carnem repræsentat. ÆGIN. Sub- stantia respondens polypodis carunculæ. MORESCOT- TUS, ad polypi similitudinem crescens in naribus. PA- REUS, consistentia refert carnem polypi marini. GAL. dicit, similitudinem modo esse in colore & consistentia.

modo

modo albam, modo subrubram. CELSUS. GORRHÆUS. modo al-
 color quidem varius est, aliis albidus, aliis subflavus, aliis ba, modo
 subruber. VIGO. alius verò est polypus ruber, vel albi subrubra,
 coloris ^m vel mollem vel duram. BERTRUCIUS *tract.* vel mollis,
 5. *sect.* 1. *cap.* 2. carnem in naribus compactam nominat. vel dura,
 ÆGINE T. alios vocat duros alios molliores. GORRH. Substantia pariter aliis mollis, & quodammodo fluida, aliis
 durior magisque contracta. FOREST. *obs.* 7. *lib.* 13. dolens &
 mollis substantiæ est. CELSUS. fereque mollis est, raro non do-
 dura. GUIDO. quorum caro est mollis, pendens & quasi se- lens,
 parata. ⁿ dolentem & non dolentem, Secundum FOREST. interdum
 & VIGON. non omnis polypus dolet, sed qui sapit natu- interdum
 ram canceri. ^o interdum cum, non raro sine hæmorrhagia, id cum non
 est, in polypo interdum sanguinis profluvium insequitur, & raro sine
 quidem sæpissimè absque manifesta causa, interdum nihil hæmor-
 sanguinis excernitur, quamdiu etiam in naribus continetur. rhagia,
 THEOPHRAST. So einem in der Nasen wachst ein Fleisch/ vnd dringt durch/ mit viel bluten/ so sag das
 die Nasen bon da sey. Si cui in naso crescit caro, & erum- in princi-
 pit cum multo sanguine, dicas polypum esse. ^p in principio pio exiguam,
 exiguam. PIGRÆUS & GUIDO. ut plurimum incipit paulatim
 per se, à pustula, & paulatim augmentatur. ^q paulatim vero vero ita
 ita accrescit, ut, nunc per foramina nasi ad fauces descendens. accrescēs,
 CELSUS. modo retro per id foramen quo spiritus è nari- ut, nunc
 bus ad fauces descendit, adeo increfcit, uti post uvulam (le- per fora-
 gendum forsitan uvulam) conspici possit. BAUHIN. ju- mina nasi
 xta gargareonem in fauces propendet. FOREST. citato ad fauces
 loco narrat historiam mulieris vetulæ, quæ secundò poly- descendēs.
 pum ad fauces prolapsum passa, magnitudine movi colum- nunc ex-
 bini excedentem. ⁿ nunc extranares propendens. FERNEL. tra nares
 è nare propen- dens

è nare foras propendet. MES. & aliquando egreditur extra. ROLAND. supra labium moratur. THEOPHRAST. vnd wechset zur Nasen herauf / wie ein stück Fleisch / das da wachsen sol in buccella in parte martis. Enaribus excrefcit, ut portio carnis, quæ debebat crescere in buccella in parte martis. QUIRIN. APOLLINARIS lib. 1. cap. 6. hängt vor die Nasen herauf / extra nares propendet. HIP P. lib. 2. de morb. dependet veluti gurgulio, & ubi expirationem facit, progreditur foras, ex medio cartilaginum. *nunc in cavitate duntaxat permanens*, præcipuè ubi principium est polypi, aliàs diuturnitate temporis, vel extra nares, vel ad palatum vergere solet, quod innuit FOREST. ubi ait, pendens in nare, *externas quoq; nasi partes tumidas reddens*. ROLAND. nares ad ampliat. VIGO. faciens nasum aliquantulum tumefactum, in summitate sua tumefactione tendente ad lividitatem aliqualem, etiam cum aliqua indignatione nasi in parte exteriori. BRUNUS. aliquando ex hujusmodi ægritudine magnificatur nasus. *respirationem impediatur dormire, aeremq; per ipsum os cum maxima difficultate attrahere*. PLATER. præter turpitudinem quam adfert, nares obstruendo, respirationi & voci solum incommodat. PAULUS. id efficit, ut & difficulter respirent, & sermonem ægrè exprimant. AQUAP. coguntur patientes per os diu noctuque respirare, cum ingenti molestia & vitæ incommodo. BAUHIN. & voci & deglutationi incommodat. HIP P. & cum dormit, stertit. *in super & mortem inferens*. CELS. strangulatque hominem. FOREST. ac pene suffocationis symptomata inferebat. &c.

nunc in cavitate duntaxat permanens, externas quoq; nasi partes tumidas reddens,

respirationem impediatur dormire, aeremque per ipsum os cum maxima difficultate attrahere.

in super & mortem inferens,

CA-

CAPUT IV.

De polypo pisce.

UT autem videamus, affectus hic cur & quomodo polypo pisci comparetur, ex GESNERO quædam, nomen, figuram & compositionem ejus exponentia, quàm brevissimè proponam. Quamplurima enim de ejus natura, ex variis congestit, quæ quum nobis in hac declaratione non sint necessaria scitu, lubens, volensque ea præterea, & benevolum lectorem ad eundem relego.

ΠΟΛΥΠΟΥΣ, latinis Polypus, Multipes, Octopes, à numero & pedum sic dicitur multitudine, Græci illum vocant ὀκτώποδα vel ὀκτώποδα, Italis *polypo* dicitur, Venetis similiter, *Folpo*, Genuæ *porpo*, Hispanis *pulpo*, Gallis *poupe* & *poulpe*, Angli qui Vectam Insulam incolunt, vocant *a pourcuttel*, teste TURNERO. alii quidam, ut JOHANNES FAUCONE RUS *a preke*, iidem *sepiam Cuttel* vel *Cuttle* vocitant, germanico nomine intestinum significante. Videtur autem malacia id est, mollia omnia, germanicè posse rectè vocari *Kuttelfisch* / ut si polypum interpreteris *ein Kuttelfischart* / non ineptè etiam vocaretur *ein viel fueß* / vel *pollfisch* / vel *pollkuttel* / nomine composito à polypo & *kuttel* / quod est *sepia*. Nam & Massilienses polypum nominant *secche poupe*, *secche* autem *sepia* est &c.

Polypi piscis varia nomina.

Plura sunt polyporum genera alii enim pelagici sunt, alii πρόσγυιοι id est, littorales, quos PLINIUS terrenos vocat, hi multo majores sunt pelagiis. Alterum genus est eorum, qui parvi sunt, varij, cibo inepti. Tertium genus ἐλεδώνων dicunt, quod pedum prolixitate, & acetabulorum ordine,

Polypi piscis varia genera,

quem simplicem habet, cum cætera mollia duplicem, differt. ARISTOT. alia duo genera in ostreis sive conchis condita adjungit &c. Octona brachia sunt polypis, *πλεκταίναι* vocat Arist. quibus ut pedibus ac manibus utuntur, proboscibus carent, quibus à sepiâ & loligine disjunguntur, sed harum defectum natura pedum ad eodem usus commodorum longitudine pensavit. Caput iis est inter pedes & alvum, ut reliquis mollibus (*polypus est è genere piscium mollium, id est, sine osse, nihil solidum intus habet*) teste Aristot. at ab iisdem dissident, quod parvam alvum, crura prælonga; contra cætera ampliorem alvum, crura brevia habeant, ita ut potestas nulla sit ingrediendi. Alvo est rotundiore, sepiâ latiore, loligo verò longiore. Acetabulorum in brachiis continuus & duplex ordo est, quæ initio majora, deinceps minora fiunt &c. Nulla ipsi est cutis nisi levissima quædam membrana; ita adhæret brachiis, ut truncari potius quam avelli se patiatur. Hæc pinnis natant, in illis nullæ cernuntur. Rostro, partibus internis, gula, ventriculo, intestino, muti, sepiis & loligionibus non dissimilis. Supra ventriculum vesiculam habent, & in ea atramentum, auctore etiam Aristot. *lib. 4. de hist. animal. cap. 1. & lib. 8. capit. 37.* sed non ita nigrum, ut in sepiis & loliginibus, verum purpurascens, colorem sæpissimè mutat &c.

Hæc de polypo pisce satis, plura qui scire cupit, legat GESNERUM lib. de piscibus. & PLIN. lib. 9. c. 20.

CAPUT V.

*Affectus hic cur polypo pisci comparatus fuerit
ab antiquis.*

In de-



N descriptione traditum, affectum hunc in naribus, polypi piscis carni haud dissimilem esse, hoc ipsum verissimum & antiquitus receptum probatur sequentibus, & declaratur, *cur & unde polypus narium comparetur polypo pisci.*

GALENIUS *lib. 3. secundum loca.* quem sequutus LEONHARDUS FUCHIUS *instit. medic. lib. 3. sect. 1. cap. 14.* Polypodis carni est assimilata secundum substantiam proprietatem; quae mollis est & nihil solidi intus habet, ut de pisce dictum. GORRHÆUS, per proprietatem autem substantiam, intelligo non colorem modo & consistentiam, sed reliqua etiam quae sunt polypis propria, quibus tumorem hunc similem esse veteres prodiderunt, NICOLAUS PISO *lib. de morb. cognoscend. & curand. c. 46.* WIRSUNG. SYMPHORIANUS, nempe quod multas habeat radices ut ille pedes, SERAPIO. assimilatur animali multorum pedum. AVENZOAR polypum vocat multipedem, quod firmiter loco adhæret, in quo est. AETIUS *Sermon. 6. cap. 90.* & ALTOMARUS. Polypus, polypi marini carni, essentiae proprietate, colore & compage similis est. HOLLERIUS. ÆGINETA, Substantia respondens polypodis carunculae, idem, ex marini similitudine nomen sortitus, tum quod illius carnem representet, tum quod suo complexu, quemadmodum ille captantes ulciscitur, nares (*lege manus ut vult CORNARIUS*) ipsorum comprehendens: ita & vitium hoc laborantium nares obstruit. &c. LEONHARDUS JACHINUS *in 9. lib. Rhas. cap. 27.* Polypi nomen ab animalis similitudine acceptum est, colores mutat polypus piscis

polypus
unde di-
catur,

Rhases
polypum
hæmor-
rhoidas
appellat.

Polypus
scorpioni
assimila-
tur

scis juxta ea corpora quibus adhæret, ita & hîc. &c. **M A S-
S A R I U S.** Polypus à multitudine pedum sic dicitur: ut
enim ille multas habent incisiones & scissuras, contumes-
cuntque & increfcunt, sic morbus iste eodem modo. **PLA-
T E R U S.** polypus vocatur, cùm ad illius similitudinem
rotundus & oblongus sit, & angustiore basi venisque per
eam ductis adhæreat. **R H A S E S** etiam affectum hunc
hæmorrhoidas appellat, non quod diversum sit malum, sed
quoniam duplici nomine est nominatum, quoniam ani ex-
crescentias imitatur, quas hæmorrhoidas dicere solent.
Ulpianus ff. de edil. edict. hoc affectu qui laborant *polypo-*
fos vocat. **A L B U C A S I S** polypum assimilat scorpioni
multorum pedum &c. Proprietate quoque hac gaudet cum
polypo pisce, qui ut truncari potius quàm avelli se patitur;
sic & affectus hic absque detruncatione, id est excisione,
non avellitur, præsertim ubi mollis est, nec cum carcino-
mate affinitatem habet. **H E U R N I U S** *lib. 8. institut.*
medic. cap. 3. caro extra est nares pendula, polypi marini
pedem consistentia referens. Ultimo polypi narium cum
polypo pisce, accuratam comparationem proponit **L A N-
F R A N C U S** *in chirurg. majori, doct. 3. cap. 3. quæ quoni-*
am exacta est, & opera ejus proh dolor temporis diuturnitate
quodammodo evanescere, placuit de verbo ad verbum descri-
bere. Dignum namq̄ laude virum Musa vetat mori.

Polypi na-
sium exa-
cta com-
paratio cū
polypo pi-
sce.

Polypus dicitur à polypo pisce: cujus malitiosa est
astutia, quia quando vult piscibus saturari, ascendit saxum,
quod est in littore maris, & ipsi multum assimilatur. Pisces
fatigati videntes saxum, non advertunt de polypo propter
similitudinem, sed volentes quiescere, saliant de mari, po-
lypus illos absorbet & convertit in nutrimentum. Sic iste
mor-

morbis cum naso magnam habet affinitatem: quoniam eius materia est catarrhosa, frigida, grossa, descendens à capite, & in via propter eius grossitiem & tenacitatem hæret nasi substantiæ inviscata, & humores capitis, agitatione moti naturæ, volentes descendere, & exire, materiam ibi recipiunt congregatam, quæ humores illos in suam convertit malam naturam, & ex ipsa cottidie augmentatur.

CAPUT VI.

De partibus affectis in polypo, & ad quodnam genus morbi reducatur.



Upervacaneum arbitror omnes & singulas narium denuo describere partes, cum id ipsum satis superque *cap. I. de nasi structura* & usu pertractatum, sufficit dumtaxat scire quænam à polypo infestentur partes.

In explicatione descriptionis generaliter dictum fuit, in narium partibus internis oriri polypum, citatiq; varij authores, qui diversum ipsi situm tribuunt. Sic CELSUS, narium ossi inhæret, &c. ALEXANDER. BENED. summas narium angustias Isthmoides dictas infestat. BAUHIN. intra narium cavitates occurrunt partes spongiosæ, subrubræ, quibus nasi ossa spongiosa replentur, ex quibus tumefactis, polypus narium generatur. ALBUCASIS. caro nata in superioribus ossibus naris PARÆUS & HEURNIUS. ab osse Ethmoide ferè ortus. AQUAPEND. appensæ quidem modo ad cartilagines, modo ossibus aut nasi, aut supernè spongio-

quænam partes narium à polypo afficiantur.

C

sis.

18 CAPUT. VI. DE POLYPO.

SIS. TAGAULT. in generali divis. tumorum præternaturam. Polypi, vel polypodes fiunt in naribus. &c.

Situs polypi,

Hinc liquet, quod affectus hic situetur vel circa laterales ossium & cartilaginum nec non intersepti partes, vel circa ossa spongiosa, apprehendens simul & membranam à dura matre per ossis cribrosi foramina delatam, nariumq; partes investientem.

polypus ad quod genus morbi referatur,

Cum autem polypus sit tumor auctus, seu carnis excrescentia, quæ peccat in quantitate, non immeritò inter morbos in quantitate, cum ex genere tumorum sit præternaturam (de ulcerato polypo qualem Pigræus vult, non loquor,) ab ALTO MARO & PISONE refertur.

CAPUT VII.

Quæ caro excrescens propriè dicenda Polypus.

quæ caro excrescens propriè dicatur polypus.



Non omnis carnis excrescentia, quæ vel hyperfarcosis, vel Sarcoma dicitur, pro polypo habenda, sed ea duntaxat, quæ nares occupat: nec etiam omnis carnositas è naribus propendens polypus est, cujus differentiam proponit LANFRANCUS loco citato, his verbis. Differentia vero est inter polypum & carnem superfluum, quoniam caro superflua non habet profundam tenacitatem cum nasi substantia, nec cum ipso naso nimis assimilatur, imo potest de facili segregari; polypus verò firmiter adhæret naso, & non sine violentia separatur. FORESTUS. Qui verè polypus dicitur, mollis substantiæ

tiæ est, pendens in nare, aut etiam extra, si multum excre-
 scat, & situs est in imis partibus: quod si in summis, magis
 vergit aliquando ad palatum, & in os descendit, commu-
 nes meatus obstruens. GALENUS & PAULUS.
 Qui tumor in nare cancri naturam sapit, polypi nomine non
 compræhendendus. ALBUCAS. in nare ergo caro, quæ ex
 iis est lenis, non fraudulenta, neque cancerosa, &c. poly-
 pus est. ALTOMAR. distat polypus à reliquis caruncu-
 lis, quæ in naribus nascuntur, quoniam illæ similes sunt mu-
 liebribus mammis, ac in imis partibus narium, quæ carno-
 sissimæ sunt, inhærent: etsi ejusdem naturæ (*ab eadem
 causa, à sanguine scilicet, qui aliàs in loco affecto generat
 carnem*) sint polypi & carunculæ, quas græci σαρκώματα ap-
 pellant. PLATER. in naribus frequenter caro ejusmodi
 expullulat, & sarcomatis nomen servat: quæ si adaucta fo-
 ras è naribus, vel intro in faucium amplitudinem propen-
 deat, polypus vocatur, qui & uti narium interna tunica ru-
 bet, sed indolens est, quo uti & mollitie à cancro differt.
 ROLAND. in cancroso polypo caro non ita descendit in-
 ferius, &c.

differe-
 tia polypi
 à carun-
 culis.

*Ex his facile conjicere licet, quænam caro excrescens
 propriè pro polypo haberi debeat: illa scilicet, quæ vel in na-
 ribus permanet, vel ad fauces, vel ad labia producitur, mol-
 lis existens, subrubens, ac indolens, nec non ex radice quo-
 dammodo propendens &c.*

*Nulla tenus autem admittenda sententia illorum, qui
 ozenam cum polypo confundunt, & unum eundemq; affe-
 ctum sibi imaginantur. Qualiter deceptus fuit HORATI-
 US epodon. 12. ubi ponit. Namque Sagacius unus odoror,
 Polypus, an gravis hirsutis cubet hircus in alis, Quam canis*

Horatius
 polypum
 cum ozz-
 na con-
 fundit.

acer ubi lateat sus. Hic apertè concluditur eum potius verba de ozæna quam polypo habere : quis enim ausus fuit polypo factorem ascribere ? nemo certè, nisi qui cum *Pigreo & Guidone* in eadem versatur navi, (hoc tamen haud injuriandi animo chirurgos illos præstantissimos dictum velim) nusquam etenim reperietur in monumentis chirurgorum, gravem odorem polypo (quatenus sic purè & simpliciter absque ulceratione consideratur) inesse. Simili modo MARTIAL. interpretasse videtur Polypum, ubi hoc malo affectos, polyposos nominat, adjungendo, Nasutum volo, polyposum nolo; fortassis ob factorem.

CAPUT VIII.

De polypi speciebus, differentiis ac signis.

Species, differentias ac signa nunc aggredior, id ipsumque tam clarè, quo lector ex ipso intuitu, ea quam facillimo negotio ab invicem discernere, ac quid de differentiis statuendum sit, dijudicare possit.

Polypi
quinque
sunt speci-
es secun-
dum Hipp.
prima.
Secunda.
centia.

HIPPOCRAT. medicorum princeps affectus huius quinque his verbis lib. 2. de morbis enarrat species. ¹ Si *polypus* fiat in naso, ex medio cartilaginum dependet velut gurgulio, & ubi expirationem facit, progreditur foras, & est mollis : ubi vero inspirationem facit, retrocedit, & loquitur obscurè, & cum dormit, stertit. ² *Alius polypus*, impletur nasus carnibus, & ad contactum caro dura apparet, & per nasum spirare non potest. ³ *Alius polypus*. In-
trin-

intrinsecus ex cartilagine caro rotunda prominet, quæ ad
 contactum mollis est. + *Alius polypus*. Intrinsecus circa ^{quarta.}
 cartilaginem alicundè durum quid nascitur, & videtur qui-
 dem esse caro, si vero ipsum attigeris, strepitum edit velut
 lapis. + *Alius polypus*, Nascuntur ex obliquo cartilaginis ^{quinta.}
 in summo velut cancelli. DE VIGO polypum statuit
 duplicem, cancerosum & non cancerosum. *Cancerosus* po-
 lypus durus est, adhærens parietibus narium, latæ figuræ in
 sua sede, fusci coloris, sine humiditate, ut plurimum dolo-
 rosus, fætidus, & ex eo maximè, si fuerit ulceratus, faciens
 nasum aliquantulum tumefactum, in summitate sua, tume-
 factione tendente ad aliqualem lividitatem, etiam cum ali-
 quali indignatione nasi ex parte exteriori. *Non cancerosus*
 est rubei vel albi coloris, tractabilis, gracilis in sua radice,
 absque dolore, absque fæto, cum humiditate non parva.
 FOREST. secundum corporis nostri humores, quatuor
 statuit polyporum differentias, inquit. Polypus ex sola
 fit pituita, & quidem magna ex parte, licet etiam ex atro
 humore fiat, quanquam rarissimè, cum ex eo aliquando
 cancer generetur. Sic albi polypi pituitam, rubri sanguinem,
 citrini, si adsit dolor & punctio bilem, fusci melancholi-
 cum humorem arguunt. THEOPHR. *Nuch* ulcerirt
es sich/vnd gehet in tentiginem parvam, id est, noli me
 tangere. Etiam exulceratur, & vertitur in tentiginem par-
 vam &c. *De signis sic habet GUIDO*. Significantur istæ
 passiones aperiendo nares cum instrumento dicto specu-
 lum. Piso. Notis vero quibus dignoscatur, ejusmodi tu-
 mor nullis opus habet, cum sensui pateat. FOREST.
 & quia ad sensum patet, non est multum laborandum, ut
 ejus notas repetamus. PARACELS. *So einem in*
C 3
der

der Nasen wachst ein Fleisch / vnd dringt hindurch mit viel bluten / so sag das die Nasen bon da sey. *id est, Si cui in naribus excrescit caro, & penetrat cum hæmorrhagia dic adeste polypum. Et hæc de his sufficient.*

CAPUT IX.

De polypi causis, & generationis modo.

Raditis differentijs, speciebus ac signis polypi, nunc causas & generationis modos, prout à varijs fuere traditi, enodabo.

polyporū
causa pro-
xima.

polypus
post quas
ægritudi-
nes.

GALEN. Actius, Guinter. Forest. item & lacchin. in 9. lib. Rhas. concorditer statuunt, quod causa polyporum proxima sit materia crassa & viscida, id est, pituita talis, sanguinis portioni admista, & tempore crascescens. GUID. polypus grossorum humorum est germen, & ut plurimum venit post ægritudines catarrhofas. AVICEN. accidit ut plurimum post capitis defluxiones, non cum acris est materia, itaque nec exulcerat. VIGO à materia catarrhali, phlegmatica aut melancholica. BRUNUS, lib. 1. chir. magn. cap. 2. *quam conscripsit & finiuit Padoæ anno M. C. C. LII.* Causa ejus est humor grossus & viscosus, qui rheumatizat à capite, & descendit ad nares, ibique in carnem convertitur. ROLAND. polypus semper de frigidis, raro de calidis humoribus. VALESC. causa indolorosi polypi, quem hæmorrhoides vocat, est phlegma dulce, sine corruptione, vel sanguis magis aquosus. Causa autem dolorosi, nigri vel fusci, est sanguis corruptus, cui miscentur aliqui mali & corrupti humores

per

per viam rheumatismi. **BERTRUC.** oritur ex phlegmate & melancholia per viam affationis & putrefactionis, propter quod acquirit nasus duriciem, & illa caro figuram habet *ficus*, quia caput grossum & stipitem subtilem. **BERTAPAL.** *de ulcer. cap. II.* creatio carnis superfluae procedit ex nimia superfluitate humiditatis, non bene regulata ordine naturali. **THEODOR.** lib. 3. cap. 36. vel etiam ex phlegmate viscoso, seu ex mucchis viscosis. **HORST.** ex superabundante viscido sanguine. *Enchiridion incerti authoris*, ex crasso & flatulento sanguine. **GALEN.** *de tumor. prætern. lib.* Polypodes autem aut inflammatione, aut tuberculo, aut alia quapiam suppullulatione in naribus consistente gignuntur. **CHALM.** Is fit ex humoribus crassis & viscosis è cerebro ad nares influentibus, vel etiam ex ipsarum narium nutrimento à virtute naturali in carnem mutato, aut ex recentibus vulneribus neglectis. **AQUAP.** à sanguine admodum pituitoso, qui in cerebro redundat, & ad nares confluit. **LANFRANC.** humores capitis agitatione moti naturæ, volentes descendere & exire, materiam ibi recipiunt congregatam, quæ humores illos in suam convertit malam naturam, & ex ipsa quotidie augmentatur. **ROGER.** *tract. I. cap. 19.* Polypus est una rheumatica passio. Revera rheumatizat quandoque humor à media cellula capitis, quandoque à commissura quæ est inter phantasticam & logisticam, & descendit ad nares, & quandoque colligitur ad carneam substantiam ad similitudinem verrucæ.

FERNEL. *lib. 7. de ext. corp. affect. cap. 3. hæc de polypi causis & generationis modo habet.* Sarcoma carnis est incrementum, tuberculi tumorisve specie, Non ex humoris cujuscumque fit afflu-

Bertruci
polypum
fico assi-
milat.

polypi
causa ex
Galen.

polypus
ex narium
alimento.

Fernelius
de genera-
tionis mo-
do.

xu,

» xu, sed ex solo partis alimento. Hæc enim quia aut intus aut foris exulcerata
 » est, ni cohibeatur, assiduo alimenti accessu diffunditur, atque luxuriat: Sæ-
 » pe etiam venarum & arteriarum instar ductus producit, per quos alimentum
 » sumat. Sic in male curatis ulceribus sæpe excrescit caro, sic polypus naribus
 » contusis, sic epulis in gingivis a dentium radices, sic ficus in ano, &c. FER-
 » NELIUM in generationis modo polypi sequutus videtur Platerus, hæc scri-
 » bens. Sic è carne exsudans succus nutriens, ob cutis tunicarumque, quibus ob-
 » volvitur, quibusque succus coercetur, & venarum succum hunc deferentium
 » oscula obliterantur, defectum, accidit: ut si succus carni accrescat, novamque
 » veluti carnem illi adhaerentem, & ab ea protuberantem, gignat, varia sarco-
 » mata producantur. Veluti in ulceribus carne impletis, necdum cicatrice ob-
 » ductis, succo ex ea expullulante, excrescentia illa carnis, qualem in ulcere ex-
 » crescente descripsimus, gignitur. Vel si tunica narium in illarum erosionibus,
 » ulceribus alijsve læsionibus ablata sit, eodem modo polypum producit.

Piso du-
 plicem po-
 lypi statu-
 it genera-
 tionis
 modum.

secundus
 modus

polypus
 caro est
 errans,
 caro er-
 rans faci-
 lius auge-
 tur.

PISO, duplicem generationis modum proponit,
 inquit. 1. Fit caro sæpius laxior & rarior, cum cerebrum
 valde humidum mittit viscidam & flatulentam materiam,
 quæ hanc partem inflando facit, ut appareat major, & po-
 tissimum in conjunctione lunæ, in declinatione autem con-
 tabescit & minuitur. 2. Nascitur ex ipsarum narium nutri-
 mento, à facultate nutritoria & auctrice in carnem mutato.
 THEOPHRAS. Ich sag/ das polypus sey ein verirrtes
 Fleisch von buccellis, das da gangen ist durch den
 porum aufferhalb seiner stad in einen Kruspel. id est, Di-
 co, quod polypus sit caro, à buccellis errans, quæ transivit
 per porum extra suum locum in tumorem, Addit idem, &
 ubi caro ita errat, tum multò plus & uberius crescit, quam
 in suo proprio loco, forsitan, quia membrana, qua nares
 alias fruuntur, destituitur. de eo vide theat. anat. Bauhin.

*His causas & generationis modos varios concludo;
 videt lector benevolus, polypum non modo à causa externa,
 verùm & interna oriri posse, ac cum & sine humorum afflu-
 xu venire.*

CA.

CAPUT X.

De prognosi instituenda.

Uum in præcedentibus differentias polypi tradiderim, nunc quid de unoquoque prædicendum, aggredior.

MESUE. Qui fit in naribus durus & niger, & non tractabilis, & mollis & putridus, & fætidus, fortassis non sanatur. Et qui elongatur, & pendet, & aliquantulum egreditur extra, habens radicem gracilem tenuem non nimis profundatam, curatur incidendo. BRUNUS. caro abdita, cum qua nasus est tractabilis, & boni coloris, absque timore curetur. GUIDO. polypus ex toto genere est perniciosus, nam est de genere absconditorum cancrorum. PISO. qui carcinodes est, attingi non debet. PAULUS, duri & lividi non attingendi, molles autem & laxi scalpello curandi. FOREST, absconditus deterior est manifesto, qui totus simul pendet, extra nares præcipue, curatu facilis est; contra difficilis qui summo & ad palatum communicat. PLATER. polypus cura ubi excrevit, difficilis, quæ rectius dum vel incipit, vel nondum adeo auctus est, procedit. *Nam confirmatus non nisi cum labore, dolore, & periculo aufertur.* THEOPHRAST. Am lesten seines Gewechs vberlauffen die Aderen / vnd bluten sich zu todt. id est, in fine sui incrementi effunduntur venæ, hinc hæmorrhagia, ex qua tandem mors. Et tantum de prognosi.

Polypus
quis facile
& difficul-
ter cure-
tur.

qui polypi
attingen-
di.

polypi eu-
ratio quã-
do facilis.

D

CA-

CAPUT XI.

De Indicationibus.

Uicquid corporis nostri actiones lædit, hoc id ipsum quo citius eo melius removendum. Nam principiis obsta, sero medicina paratur, cum mala per longas invaluere moras. Quod quo tutius ac rectius peragatur, certæ sunt indicationes, secundum quas dogmaticus medicus & chirurgus procedit, secus vero agit empiricus.

Indicationes ab humoribus,

HIPPOC. hos omnes uisionem indicare contendit. GUIDO. iudicatur, quod melius est non curare (cancerosum quippe) quam curare. GALEN. mista medicamentorum indiget materia, quæ partim astringat, partim secet. FOREST. confirmatus chirurgiam requirit. *Enchiridion.* cum polypus sit inutilis caro, sui detractio- nem indicat. Porro cum polypus ut cap. 9. dictum ab humoribus fiat influentibus, influxis & influxuris, competunt, quæ materiam catarrhalem possunt educere, evacuare & alio derivare; quod vero influxum, vel medicamentis vel fer- ramentis auferendum, prospiciendo simul parti à qua fit fluxio.

Polypi alia indicationes,

Denique cum inter causas polypi relatum sit, ipsum non rarò originem trahere, ab excoriatione, ulcere, vulnere aut aliâ læsione: hinc indicatur, summis innitendum viribus, quo excrescentia illa prohibeatur, quod fiet, si maturè modo & oportunè chirurgus cicatrificationi prospexerit, & ab incarnantibus justo destiterit tempore, aucta autem

tem

tem caro, vel exsiccanda, vel absumenda, vel excindenda, vel adurenda, de quibus inferius latius.

CAPUT XII.

Quid primò in polypo observandum.

N omni polypo diligenter advertendum, quænam sit hujus mali causa: ea propter si fiat ab humorum affluxu, conveniunt generaliora omnis generis remedia, ad unumquemque humorem abundantem ac peccantem, evacuando, corroborando, intercipiendo ac derivando congrua, in quorum numero & sunt apoplegmatismi, cucurbitulæ, scarificationes, frictions, vesicatoria, fonticuli, setacea, &c.

Causa omnium primo investiganda.

Non autem in omni polypo singula adhibenda: nam pro ut ejus est natura, & quo gravius est malum, pro eo & plura & validiora poscit remedia. Sic si principium duntaxat sit polypi, astringentibus & exsiccantibus subveniendum validis, si his non cædit, ad cathartica deveniendum; Si & illa non juvant, ad septica & pyrotica confugiendum: tandem si nec illa profunt, malo nodo, malus cuneus querendus. de quo Hipp. aphor. 6. sect. 1. Extremo morbo, extremum remedium, & aphr. 91. sect. 7. Quæcunque medicamentis non curantur, ferrum curat, quæ ferro non curantur, ignis curat, quæ igne non curantur, ea existimare oportet immedicabilia.

Generaliora autem præmitti debere, antequam ad-

D 2

mi-

generaliora antequam

pica ad
ministranda.

cauterium
in Suhendegh,
Suhendegh quid

ministrantur topica ipsi polypo, testatur GALEN. in-
quiens. Ubi à materiâ catarrhali descendente à capite ad
nares origo est hujus mali, caput siccare corroborareque o-
portet, cum palam sit, ob redundantiam humorum fieri, ab
eo in ipsas nares defluxam : roborato capite parti quoque
prospiciendum, quæ exerevit, &c. ROGER. tract. 1. *cap. 19. ait.* Generale præceptum est, quod non fiant ista,
donec sit corpus mundificatum à superfluis humoribus, &
est generalis regula, quod non apponatur aliquod locale,
quousque caput sit mundificatum. ROLAND. *lib. I. c. 19.*
Cura polypi talis est, fiat purgatio humorum, qui videntur
superabundare, & si sit de frigida causa, debet fieri purgatio
cum *pil. diacast. vel Jera detur*, post purgationem *diaboliban.*
vel auream. & hunc modum debemus observare in multis
ægritudinibus, &c. MESUE. Et hæc fiant post corporis
mundificationem pluries iteratam, & post phlebotomiam,
& quandoque necessitas expedit, & fiat cauterium in Suhen-
degh, quod idem explicat cap. de catarrhis his verbis. Rada-
tur caput in parte commissuræ coronalis, & vocatur Suhen-
degh, id est, continuatio capitis. JACCHIN. Ideo sup-
posita debita victus ratione in quanto, ut bene concoqua-
tur, ne excrementa gignantur: in quali, ut sit victus exte-
nuans & exsiccans, à quo materia talis non generetur. Cor-
pus purgabimus iis, quæ pituitam vacuant, ut cocchiis &
fatidis catapotis, deinde caput siccabimus pulveribus, fri-
ctionibus, lotionibus, quæ remediorum genera describun-
tur à MONTAGNANA consil. 72. MORESCOT. curatur polypus primo purgatione capitis, post attractione
aquæ calidæ per nares ad detergendum, &c. CHALMET.
curatio polypi victum tenuem & attenuantem requirit,
non-

nonnunquam venæ sectionem, postea humorum præparationem atque purgationem, præcipuè melancholici atque pituitei, humor alias in partes avertendus, &c. FOREST. mox toto corpore repurgato, & capite, cucurbitulisque in scapulis cum scarificatione appositis, jussi, ut decocto Guajaci uteretur cum tenui victu: nam multis Guajaci usus profuit. ENCHIRIDION vero chirurgò medico practicum à decocto Guajaci & victu exsiccante cavendum præcipit, ne inde humores efferantur, & tumor in carcinoma transeat. Hic distinctione opus judico, ac ad differentias recurrendum reor. Forestus laudat decoctum in polypo, qui originem trahit à viscosis & crassis frigidisque humoribus: ac ea ratione confert. non autem laudat in illo, qui ex melancholico sanguine oritur, cui ob virtutes suas, quas exercet, inimicum: incidit namque calefacit, attenuat & exsiccat, ea propter in eo tutius quam in altero hauritur. ALTOMAR. Sanguinem mittendum esse, si nihil impediatur, asserit, nec non medicamentum purgans offerendum (*Alexandro teste*) debita prius victus ratione instituta, &c. pituita quoque per os educenda apophlegmatismis. PLATER. in curatione generalia primum ad sanguinis influxum ad eam sedem impediendum, præmittenda, per venæ sectionem, & si corpus impurum sit, dejectionibus sudoribusque repurgandum, &c.

cucurbitulæ adhibendæ.

Decoctum guajaci quib⁹ conveniat.

Ex his demum concludo, generaliora præmitti debere, antequam topica adhibeantur: & hoc præcipuè observandum, si causa polypi est catarrhus. Si verò est ex vulnere malè curato, hæc, præsertim corpora ubi sunt pura, non adeò necessaria, sed statim polypus aggrediendus & exstirpandus.

CAPUT XIII.

De cura polypi per medicamenta.

author va-
ria propo-
nit medi-
camenta.



*E*ctor benevole, conglomeraui tibi hic sile-
vam medicamentorum. Tu remedijs his sal-
uo cum iudicio & circumspēctē utere. Nam
non omnia omni polypo competunt, quinimo
maximā cum solertiā adhibenda pyrotica,
ne sanas attingant partes.

quæ no-
tanda

Quæ fluida sunt specillo lana circumvoluto medica-
mento imbuta duntaxat proba & iusta encheiresi tangan-
tur, non autem cum tentis & plagulis immittantur: & hoc
eo magis observandum, quo fortiores sunt medicinæ. plu-
ra in observationibus.

Galenī
medica-
mentum
ex punicis

GALEN. medicorum antesignanus ait. In polypo
præstantissimum pharmacum reperi succum ex malis puni-
cis tum dulcibus, tum austeris acidisque, & maturis, & in-
tegris, pari que magnitudine & numero maceratis, expres-
sum. Cæterum si humectior polypus esse videtur, plus ex
austeris est contundendum. at ex aridis pharmacis dyphri-
ge citra mordacitatem, aliquando per multum tempus
consumtum polypum novi, &c. omnia autem hæc assidue
facere oportet, ut nunquam ab affecta parte absit pharma-
cum, cum facile ab humiditate eluatur.

quomodo
utendum

Mesue de-
scriptio
medicinæ
Galenī,

MESUE hoc Galeni medicamentum ita describit.
Accipe ex tribus generibus granatorum p. æ. & tere eas se-
cundum totalitatem eorum, & extrahere succum, & decoque
in essentia rob tenuis. Deinde tere substantiam granatorum

CON.

contritione multa, usq̄ dum fiat sicut pasta, & fac cum succo eorum formas similes nasalibus, & intromitte ex eis in nasum unam post unam, præliniendo tamen cum succo prædicto, & hoc fiat tempore extenso, &c.

JACCHIN. in 9. lib. Rhas. cap. 27. de hoc Galen. medicamento hæc verba habet. Galenus unum unicè laudat ex punicis malis confectum, hoc & Avicen. & Mes. accipiunt, sed non est apud eos summâ fide descriptum. Tringenera capit, & contusa poma universa prelo exprimit, & modicè incoquit, ut densetur, sic enim melius inhæret, & in vase æreo vel stanneo servatur. Fax verò expressa in pastillos conformatur, qui narium meatui respondeant, & ex iis velut pessulis imbibitum medicamentum naribus imponatur, & nunc hoc uti, nunc ipso succo solo, quo etiam palatum illi nire possumus &c. Confert eodem teste & Serpentariæ herbæ succus, & ex ejus radice licinium fieri potest. cui astipulatur MATTHIOL. nec non TABERNÆM. lib. 2. sect. 7. cap. 14. de Dracontio, & cap. 19. de Asaro. VALES C. lib. 2. cap. 62. ponit medicamen, quod valet in principio hæmorrhoidæ, quod cortex mali granati pistetur, & distemperetur cum aqua vel suo succo, & coquatur, & cum tenta immittatur, &c. Ad idem R. Pulv. nuc. cupress. ℥ij. Coloquint. ℥j. Acet. q. s. coquatur, & cum tenta immittatur. PLATEAR. de ægrit. narium cap. 2. Polypus cum est corrosus, curatur hoc modo. præcedentibus purgationibus & opiatis, stuellum factum de Apostolicon super aspergatur pulvere æris usti, vel aristolochiæ, vel hermodact. & naribus immittatur, & hoc valet si polypus parvus. NICOL. MYREPSIUS. polypum marinum in clibano cum lignis oleæ, donec in cinerem vertantur, urito, &

Jacchinus
exactius
describit,

Serpentaria,

malicorium.

ung. apostolicon.

polypus
piscis usti

to, & sumta de eo \mathfrak{z} j admisce illi chalcant. $\mathfrak{z}\beta$. & per arundinem insufflato naribus. JOANN. filius Serapionis ponit confectionem sequentem. \mathfrak{v} . Scorice æris aureos 4. chalcant. aur. 3. elleb. nig. aur. 1. Arsen. 3. 1. tere, & fac pulverem. Idem. \mathfrak{v} Calcis non ext. Arsenic. cit. an. p. 2. colcothar. Flor. æris. Alumin. an. p. 1. Gallar. kakie. Balaust. an. p. 8. contere ea in mortar. æneo, & cum aceto forti, contritione ultima usque ad 5. dies. deinde fiant ex eis trochisci, &c. PLINIUS. polypodij radicis arida farina indita naribus polypum absumit. DIOSCOR. Accipe Semen Luff, id est serpentariæ majoris, & tere cum succo malorum granatorum cum cortice sua, & liniatur super polypo in circumferentia ejus. CELSUS. interdum tamen in arefcit polypus, si addita in narem per linamentum, aut penicillum ea compositio est, quæ \mathfrak{v} . Minij Sinop. chalcit. calcis. sandarac. an. p. 1. * atrament. sutor. p. 2. *. Magister PETRUS DE BONANTO teste Guidone specialiter pro polypo commendat tentam de radice Acori temperatam cum oleo de Junipero, in quo resoluta scammonea. BERTAPAL. lib. de ulcer. cap. 11. hunc pulverem laudat, \mathfrak{v} Arsen. rub. $\mathfrak{z}\beta$. Calcis viv. \mathfrak{z} ij. 2. Aquæ c. \mathfrak{z} 4. fiat hoc modo. Ponatur calx trita in aqua, & tamdiu bulliat, quod aqua sit consumta, tum addatur arsenic. & in corpora similiter, & fiant trochisci, & exsic. in umbra, & quando opus, fiat pulvis. Idem. \mathfrak{v} Mellis apum \mathfrak{z} 1. Acet. \mathfrak{z} 8. viride æris \mathfrak{z} ij. Pulv. tartari, qui vulgari sermone vocatur Greppa \mathfrak{z} 1. tamdiu coquatur, donec fiat ungu. ÆGINET. lib. 3. cap. 24. hæc præscribit. \mathfrak{v} Squam. æris. \mathfrak{z} 8. atram. sut. \mathfrak{z} 2. (CORNAR. ponit \mathfrak{z} 6.) sandarac. \mathfrak{z} 4. verat.

Confectio
trochiscor.
alchadicō.

polypodij
radix.

Semen
Luff,

Celſi me-
dicamen-
tum.

radix Aco-
ri

Bertapa-
liæ pulvis

Æginetæ
remedia

Verat. nigr. ʒ. 2. naribus mixtione facta inspirantur. In usu hoc est *ORIBASY*, ut aſſerit Aetius: nam 13. diebus infigne adfert præſidium. Idem, ꝛ *Malicor.* ʒ. 12. *Atram. ſut.* ʒ. 10. *chalcit.* ʒ. 8. *Fell. taurin.* *Amom.* *Myrrh.* *Calamint.* *Marrub. an.* ʒ. 4. *Croci* ʒ. 2. *Verat. alb.* ʒ. 4. Sicco utitor. Benefacit & atramentum ſutor. cum aceto. *GORDON.* part. 3. cap. 15. Et poſſunt ex creſcentiæ removeri cum auripigm. rub. & vitriol & ſal. ammon. &c. *MORESCOT.* poſtmodum attractione ſucci rutæ cum vino, tandem fumigio per thus alb. maſc. ſi vetus eſt morbus, corroſivus eſt auferendus &c. *AETIUS* ſerm. 6. cap. 92. ꝛ *Alumin. ſciß.* *Myrrh.* *Sandarac. an.* ʒ. 4. *Atram. ſutor. uſt.* ʒ. 1. *Gallar.* ʒ. 1. tritis utere, ubi prius nares vino odorato elueris, ita ut poſtea per ſpecilli nucleum illinas. Aliud. ꝛ *Soreos* ʒ. 2. *Chalcit. toſt.* ʒ. 2. *fruct. myrica.* ʒ. 1. *Croci* ʒ. 1. *Myrr.* ʒ. 1. trita inſufflato. Aliud ꝛ *chalcit. toſt.* ʒ. 2. *Miſyos* ʒ. 2. *atram. ſut. uſt.* *Amom. an.* ʒ. 2. *Myrrh.* ʒ. 4. *croci* ʒ. 1. trito, & utitor ſiccis. Aliud. ꝛ *Alum. ſiß.* ʒ. 9. *Alum. O.* ʒ. 6. *Atram. ſut.* ʒ. 6. *chalcit.* ʒ. 18. *Myrrh.* ʒ. 18. *Squamæ aris* ʒ. 9. *Thuris.* ʒ. 4. *Gallar.* ʒ. 12. contuſa, cribrata, terito cum aceto velut collyrium, & formato paſtillos. uſu verò poſtulate, quantum ſatis eſt, cum melle contere, & linamentum intinge, ac naribus inde, & ad diem unum ſine: altero vero extrahe, & ſequetur polypus, quod plerumque fieri ſolet. *Idem.* Sinapi tritum aquæ miſceto & ſubigito,

atramen-
tum ſuto-
riumSuccus ru-
tæAetius va-
ria præ-
ſcribit.

Sinapi,

E

po-

Lamponis
medica-
mentum.

positionem tribuit LAMPONI. instit. chirurg. lib. 3.
Ex ære rubro nec sæpius conflato scobem colligimus, ejusque
3. 1. capimus, sal. ammon. vel vulg. torref. 3. 2. & tantundem
ammon. alumin. 3. 3. aceti acerrimi lb. 4. 3. arida teruntur
& aceto perfunduntur in vase ex ære rubro, excoquuntur
omnia, & pistillo ex eodem ære circumaguntur. alioqui in
ardore Solis sub canicula continentur, versantur sæpius, do-
nec pharmacum exarescat. hic in mortario iterum conqua-
santur, & in pulverem minuuntur. Hæc in melle adhiben-
tur, insperguntur cavis, & naribus inspirantur, vel per fistu-
lam insufflantur. NECHEPSOS Rex hoc laudat.
Squamam æris & Squamam ferri, ac alumen scissum, æ. p.
terito, ac in sufflato, aut per specillum adhibeto, aut in li-
namento utitor. ASCLEPSADÆ ad polypos. &
Atrament. sutor. 3. 1. Dipbryg. ust. 3. 2. Calc. viv. 3. 2. San-
darac. 3. 2. Sicca adhibe, aut linamentum in tortum aqua
madefactum, ac pharmaco imbutum, inde. ANTIPA-
TER hoc usus. Atrament. sutor. sandarac. an. p. æ. tritas
insuffla. Aliud. & Atram. sutor. ust. 3. 4. Rubicæ sinop. 3. 1.
trita in suffla. APOLLONI ad polypos naturale. Ny-
cticoracem jugulato, & calido ipsius sanguine, illinito po-
lypum: reliquum vero in sole siccato ac reponito, aridum
tritum inspergito. Idem. Dracunculi radicem aridam
tritam insperge; facit & succus ejus illitus, aut cupressi fo-
lia, aut pilulæ ficus carne exceptæ. facit & saliva imposita,
& laser cum atramenti sutorij aut æruginis pari portione.
 PHILAGRIUS, at in eunuchis, & molle corpus haben-
 tibus, & propterea nullam mordacitatem ferentibus, rosas
 siccas levissimè tritas adhibe, mirificè enim profunt molli-
 bus,

Apolloni
commen-
dat Nycti-
coracem.

Saliva &
laser.

Philagrii
medica-
mentum.

bus, & humidis corporibus. nam pleraque quæ efficaciter polypum eximunt, exacerbant quodammodo, ubi scopum non contingerint. PLATER. fuligo cum fumo ab accensis suscitata, nareque affectâ excepta, retenta paulisper interim respiratione, polypo se affigens, eum potenter exsiccat, si aliquoties hoc repetatur. Talis autem à thure, mastiche, pice carbonibus injectis excitatur. vel si candela inde, cum ellychnio indito paretur, ab coque accensa, rursumque extincta, fumus fuliginosus in nares intromittatur. validius siccabit, si sulphur aliâq; metallica addantur. *Idem.* Aquâ aurifabrorum fortis appellatâ, tactus polypus mox flaccescit, cui auripigmentum etiam admisceri potest. Cauteria ex calce, vini fæce usta, indolentia, polypo cautè per canalem, vel alia arte, ne vicina loca tangant, admota, eum tandem urendo putrefaciendoque absumunt. *Idem.* *R.* *Alumin. ꝑ. ꝑ. chalcant. ʒjss. Gallar. vel cort. granat. pulv. ʒ. 2. Omphac. seu agrest. ʒ. 2. vel succi Uvar. immat. recent. si haberi potest. Affunde aceti fortis q. s. ut in pulvem redigatur; eliciatur per destillationem aqua quâ polypus sæpè tangatur, & madefiat. &c.* CATO *de re rustica.* Et si polypus in naso introierit, brassicam erraticam, aridam, tritam in malum conijcito, & ad nasum admoveto. Q. APOLLINARIS *lib. 1. cap. 6. hæc habet.* *R.* *ol. rosat. ceræ an. ʒ. s. succi alkekeng. ʒ. 4. Ceruss. ʒ. 2. Plumb. ust. Tutie an. ʒ. 1. Thuris ʒ. ʒ. Miscela. fiat ungt.* *Idem.* Immitte in nares portionem rad. gentian. relinquatur per noct. ut dilatetur, postea impone linimentum sequens. *R.* *Succ. chelid. maj. ʒ. 2. Specier. de gemm. Mastic. Thuris. an. ʒ. ʒ. ol. olivar. q. s. coque parum simul, & naribus impone, brevi enim sanat.*

Platerus
laudat suf-
fumigia

cauteria
conducūt;

Aqua

brassica
erratica

unguentū

E 2

&c.

Note He-
nis.

Aqua
Rondele-
tij.

Arlada.

aqua mer-
curialis

pulvis præ-
cipitatus,
Sabinæ,

Authoris
experien-
tia,

&c. WEICHARD. lib. 1. cap. 6. hunc pulverem voca-
tum Note Denitz commendat. R. Vitriol. $\frac{3}{4}$. Alumin.
Ærug. æris an. $\frac{3}{4}$. Affunde aceti $\frac{3}{4}$. calcinentur in vase
lutato, &c. RONDEL. sequentem aquam laudat. R.
Uvar. immat. $\frac{3}{4}$. cort. mali granat. Balauſt. Sumach. an.
 $\frac{3}{4}$. 2. destillentur, omnibus maceratis in aceto, dein adde A-
lum. $\frac{3}{4}$. 1. Vitriol. $\frac{3}{4}$. 3. destill. iterum omnia simul, & aquâ
illa tangatur. CARPUS laudat unguentum ex ol. ro-
sat, butyro antiq. cera & sublimato. FORESTUS Ar-
ladæ Theophrasti magnas vires adscribit. PARAC. ex
realgar. præparat. & succo chelidon. unguentum conficit.
LUSITAN. hoc commendat. R. Viridis æris. Auri-
pigmenti vitrioli. Alumin. an. $\frac{3}{4}$. Antimon. $\frac{3}{4}$. 6. Maceren-
tur in aceto, dein exquisitè terantur, & post siccentur, & eas-
dem tritura & maceratione octies repetita, dein in aq. plan-
tag. biduo macerata siccantur. vel R. ol. rosat. $\frac{3}{4}$. 4. Litar g.
 $\frac{3}{4}$. 2. nutriantur & coq. addendo sub finem prædicti pulv. $\frac{3}{4}$. 2.
coque in emplast. M. RULAND. cent. 8. curat. si quen-
dam civem aquâ mercuriali mane & vesperi illiniendo po-
lypum, paucis diebus sanavit. VIGO utitur ruptorio de
capitello, unguent. Ægyptiac. pulvere præcipitati, un-
guent. Apostolor. & pro cicatrifatione pulvere ex tutia, ter-
ra sigillata & alumine uſto. PIGRÆUS præstantissimum
esse pulverem sabinæ ait, & maximè si tertia pars ochræ ad-
miscetur.

His addo, quæ & experientia me docuit; in hoc casu
plurimum valent Spiritus vitrioli & ejus oleum, tartari o-
leum, acidum seu spiritus & oleum sulphuris, lapis medica-

men

mentofus Crollij, ut & solutio lapidis corrosivi, nec non un-
guentum F. WURTZ fuscum, idem & prestat aqua illa
Fernelij, quam summoperè laudat H. MERCURIAL.
consil. 69. Ultimo insigni efficacia præditum est ol. Mer-
curij, vide tamen, lector, ut cautè hoc adhibeas, nam mini-
ma ejus portio insignem elcharam parti admota, procreat.
Tandem cum PARÆO doctissimo huic capiti colophonem
impono, cujus hæc sunt verba. Cæterum cauteria acriaq;
medicamenta in nares hac cautione adhibita, dimittantur,
ut frigida interim repellentia & astringentia, naso & cir-
cumstantibus partibus ad sedandum dolorem, & prohiben-
dam inflammationem apponantur. cujusmodi sunt, un-
guent. de bolo, nutritum, ovi albumen cum rosaceo agita-
tum, &c.

authoria
observatio
de oleo
mere.

Epilogus.

CAPUT XIV.

De cura polypi per sectionem.



Arios hoc capite tibi offero secandi modos ab an-
tiquis administratos, tu per scrutare, & qui bo-
nus videtur, eundem retine.

author va-
rios secā-
di modos
proponit,

CELSUS ait, Ergo etiam hunc ferra-
mento acuto in modum spathe facto, resolve-
re ab osse oportet, adhibita diligentia, ne infra cartilago
lædatur, in qua difficilis curatio est. Ubi abscissus est, unco
ferramento extrahendus, tum implicitum linamentum,
vel aliquid ex penicillo respergendum est medicamento,
quo sanguis supprimitur, eoque nares leniter implendæ;

E 3

fan-

Hipp. modo.
dus.]Æginetæ
modus.quatuor
magistro-
rum modo.

sanguine suppresso, linamento vulnus purgandum est, Ubi purum est, eo pinna, eodem modo, quo in aure supra positum est, medicamentis illita, quo cicatrix inducitur, intus demittenda, donec ex toto sanescat. HIPPOCRATES de quarta polypi specie ait, fisso per scalpellum naso, polypum expurgato, deinde urito. atque hoc facto, nasum rursus confuito, & ulcus curato, linamentum melle inditum induens, & ubi computuerit, æris flore cum melle illinito, &c. Idem in prima polypi specie modum secandi proponit alium; quem consulat lector. ÆGINETA, hominem adversus solis radios ponit, nares dilatat, & spatula orbiculatim polypum præcidit, illic acie ferramenti imposita, ubi naribus coaluit, dein manubriolo instrumenti extrahit, reliquias acie cultelli rasorij cum valenti rasura aufert, dein deterget posca. Quod si polypus ossibus Ethmoidibus adhæreat, & prædicto modo extrahi recuset, tum proponit linum mediocriter crassum funiculi instar, duorum triumve digitorum longitudine in nodos constrictum, quo abscindendum suadet, hoc facto, usitato modo curationem instituit. VALESCUS similiter procedit, & spatamine subtili post dilatationem, amputat, hæmorrhagiam de bombace tuello in albumine ovi cum rebus constrictivis mixto, intincto, sistit, remanentias affodillorum pulvere, vel aqua forti consumit. Vel serraturam instituit cum filo sericino, vel cum pilo caudæ equi. Magister GULLIERMUS DE GARIGA & quatuor magistri Salernitani, utuntur Hippoc. modo, quem in quarta polypi specie proponit: de quo hæc reliquit GUIDO. Nonnulli verò ut quatuor magistri, quando eis non est possibile totum consumere usque ad radicem, scindunt nasum, in latere usque ad os, deinde incidunt illud superfluum, & cauterizant, deinde benè & firmiter suunt. &c.

ME.



MESUE polypum, qui habet radicem gracilem, & egreditur extra, post apprehensionem cum forcibus abscindit; cum vero, qui palatum versus descendit, tenaculis anteriora versus trahit, & incidit secus radicem cum forcibus ignitis. Si & his extirpari nequit, ex duobus tribusve pilis caudæ equinæ contortis, & nodis tribus quatuorve injectis, serratura instituat, ita ut finis unus per palatum extra os producat, alter è naribus propendeat. &c. ROLAND, spatumine usque ad fundum evellatur, ait, vel etiam sagittella incidatur, & si oportet per intervalla & si intra nares patientis aliquid remanserit, tasta de unguento, quod fit de calce viva & capitello, intromittatur; deinde vitellum ovi cum oleo communi: postquam verò ignis ceciderit, curetur ut cætera vulnera cum unguento viridi & similibus. &c. FERRARA, ferro prope cuspidem quam maximè incidente, ac ad id accommodato, abscindere oportet, ne semel ademptus revertatur. &c. PIGRÆUS, ferramentum dicit, vulgo dictum, *bec de corbin*, corvi rostrum, assumendum esse cuspide lata, nec quicquam secandum, sed ejus ope corripienda ea caruncula, eamq; firmiter comprehendendo, nec ullo modo trahendo, vertendum tunc illud ferramentum, & eum eo simul caruncula, ut ea vertendi actione illius radix frangatur, ut & revera frangitur, si opus dexterè fiat. &c. ALBUCASIS dicit, oportet, ut facias sedere infirmum inter manus tuas oppositum soli, & aperire nares, & injice uncinum in carnes illas, deinde trahe ad exteriora, mox incide. quod comprehendisti ex eis spatumili subtili, acuto à parte una, donec scias, quod caro tota jam ablata est, remanentiæ radantur instrumento subtili, usque quo nihil remaneat. Si autem reliquiæ remanserint, tunc

Pigri
modus,

Albuca
modus.

remanen-
tiæ ut
aufere-
dæ.

in-

filum lini
nodosum
Albucasis.

BRUNUS
cauteri-
zat.

AQUAPEN-
dentis laus

intromittas *filum lini*, cui sit quedam crassitudo, & noda in eo nodos multos, & pone inter omnem nodum quantitatem digiti, aut minus, & infirmus mittat extremitatem fili unam in nasum cum radio, aut quocumque possibile est ei, postquam fecerit ipsum simile *Azir*, & trahat odoratum suum, donec perveniat ad nasum, & egrediatur super guttur suum. Et multoties quidem faciunt simile huic actioni pueri in scholis, & est res facilis; deinde pone duas extremitates fili, & extremitatem unam, quæ egreditur super nasum, & alteram, quæ remansit in naso, deinde administra ferraturam carnis. cum nodis, qui sunt in filo, fac illud, donec scias, quod carnes jam sunt attritæ nodis fili, tum extrahe filum, & pone in nasum, post absterisionem sanguinis licinium, quod imbuiisti unguento *Ægyptiaco*, fac illud tribus diebus, aut plus, donec unguentum corrodat totum, & nihil remaneat ex adnatis præternaturam carnibus. Deinde postremo pone in nasum cannulam de plumbo diebus aliquot, donec sanatur. &c. BRUNUS cum Albucasi consentit, verum post incisionem cauterizat radicem, quæ remansit, cum ferro candenti, aut ponit super eam medicinam acutam, donec corrodat ipsam, deinde administrat butyrum, donec omnis eschara cadat. AQUAPENDENS insignis suo & nostro tempore Anatomicus chirurgus & medicus, *quo vix præstantior alter*, horum antiquorum secandi modum nec improbat, neque damnat, verum methodum proponit excindendi polypum tanta cum dexterritate, facilitate & joconditate, instrumento ad id à se invento, quo author p. m. me participem fecit, cum præsentate Equite ADRIANO SPIGELIO professore anatomico & chirurgico quondam primario archiva suorum instru-

strumentorum chirurgicorum, bibliothecæ, sceletorum, ac rararum anatomicarum delineationum, & ad vivum ex oleo depictarum coloribus pro singulari sua humanitate aperiret. *Instrumentum hoc author exactè describit de operat. chirurg. part. 1. cap. 25.* ac unicum illud omnia præstare simul unâ vice, quæ antiquorum, quam plurima enarrata cum magna moliuntur non modo difficultate, sed & periculo, asserit. In summâ instrumentum hoc & apprehendit, secant, extrahit, reliquias aufert unâ vice: & qui hujus administrationem vidit, de antiquorum, quid judicandum, modo, facilè sententiam dicet. Nodosum namque filum per nares ad palatum transmissum, cujus operatio crudelis & intuta ad extirpandas reliquias quis admittet? Nunquidne insignem non modo dolorem, verùm & inflammationem, cum & partes sentientes nodorum asperitate confricentur, procreabit?

Aquæpendentis instrumentum omnia simul agit.

De nodoso filo, ejusque operandi modo. IOAN. AND. A CRUCE *lib. 1. cap. 35. hæc verba habet.* Arbitror hanc operationem laboriosam esse, & difficulter posse institui, nec à medico ullo illam administratam vidi. CASPAR. TALIACOT. *lib. 1. cap. 25.* similiter crudelitatem hujus operationis detestatur, inquiens. Sed sævissimos certè, atque toleratu difficiles dolores, hoc genus chirurgiæ movet ob narium præcipuè tunicam, cui acerrimum sanè & exactum sensum natura indidit. Nec illud non vehementer iniquum est, quod operatio hæc sæpius repetenda, denuoq̄ue partes novis cruciatibus conficiendæ, cum neque una neque altera vice, quantum satis est, jam dictæ carnis excindi possit. Quæ de causa & humores copiosi affluunt, & partium quæ circumstant, virtus maximè con-

F

CU-

cutitur & labefactatur. Sic vix aut penitus non prohibere medicus poterit, quin semper hujus mali radices repullulent, & novis malis nova tormenta addant. Pertimescenda autem est summoperè impetuosa sanguinis eruptio, cum aut Vasa nasi rescindimus, aut basin ipsam dissecamus, quonarium parietibus polypus adhærens alimentum ex vicino alliciebat. &c.

Authoris
modus secandi,

His & ego ea, quæ mihi in curando per sectionem occurrerunt, adjungo. Si polypus sit ab osse ethmoideo pendulus, à spatha & aliis chirurgorum antiquorum instrumentis destiti, ac excellentissimi AQUÆ PEND. usus fui. Si verò ex cartilaginum lateribus, incurvo ad modum Lunæ nondum completæ instrumento, ac à Joanne Andrea à Cruce lib. 7. de instrumentis, delineato, ipsum excindo: specillo vero pomulo lato simul polypum, quo facilius amputari possit, & radix magis extendatur, ac ad sectionem aptior reddatur, interiora versus manu sinistra impello, hæmorrhagiamque ad id appropriatis debello, deinde epuloticis sigillo.

CAPUT XV.

De cura polypi per ligaturam.



*D*olypum curandi modum per ligationem nunc aggredior; quo nullus exactior, indolentior, tutior, ac ad extirpandum aptior esse potest. Requirit autem chirurgum versatum, firmissima

suma

suma ac dexterrima manu præditum, tum & qui narium anatomiam callet.

VIG O ligaturam quidem proponit, verum modum subticet. HIPPOCRATES lib. de affect. loquens de polypo, hæc profert. Si in nare polypus nascatur, quæ res ex naso in obliquum per respirationem diffluatur, ac intumescat, eximitur laqueo ex naso ad os distractus. &c. Idem ubi de tertiâ polypi specie agit, proponere videtur modum, qui potius ad ligaturam quam ad sectionem referri debet. Quo autem lectori benevolo placuerit, eum revocet, vel ad sectionem, vel ad ligaturam, mihi perinde. Hæc autem ejus sunt verba. Alius polypus: intrinsecus ex cartilagine caro rotunda prominet, quæ ad contactum mollis est; cum ita habuerit chordam nerveam accipito, & facta in ipsa parva ansula, eam tenui filo obligato, deinde alterum principium per ansulam transmittito, alia majore facta: postea principium illud per virgam stanneam transmittito, deinde ansam illam majorem in nasum indito, & specillo insecto ipsam circum polypum obducito & adaptato, & ubi circumcisa fuerit virgam in os transmittito, & arreptam ipsam trahito, eodem modo specillo instar ungulæ bifurcato, supposito sub gurgulionem ac renitente, postquam autem extraxeris, curato velut superiorem.

Hippoc.
ligandi
modus.

JACCHINUS inquit, optimum erit, si id fieri possit, uti deligatura, qua utitur GALENUS ad abscindendas venas, & nos hæmorrhoidas ani, & ortas puellæ in capite, & sæpè plurimum sanguinem fundentes, sanavimus. Nam & excrescentiam omnem abscindit, ubi ad radicem deligatur, & sinè vulnere aut profluvij periculo: imò prorsus sanam cutim dimittit. Fit ex sericeo filo maximè, vel

ligatura
ex quibus
fiat.

ex pilis equinae caudae, nam intra septimum, vel ad plus decem dies arescit tumor, & excidit destitutus alimento suo.

polypus fi-
lo serico
intercipi-
tur,

recidiva
polypi
post an-
num.

Arlada Pa-
rac. arca-
num,

FORESTUS hæc habet; chirurgi verò sanguinis fluxionem metuentes, incisionem adhibere non audebant, neque commodè poterant. Quare communi consilio hæc moles carnea, modo alba, modo rubra paulatim *filo serico bene cerato* intercepta, ac deinde forti ligatione constricta, & liquore vitrioli sæpius inuncta: tandem miraculi instar paulatim pars consumpta, excidit, & præter nostram ac omnium opinionem hominum, qui eam videbant, misere torqueri, brevi evasit, & sanitatem consequuta est. Post annum recidivam passa, chirurgus denuo ad illam curandam accitus fuit, sed cum ligatione quidem, ut prius cum filo serico strinxisset, pars quidem decidisset (*nam rursus ad magnitudinem ovi columbini excreverat*) & denuo augmentum paulo post cepisset, penicillo seu scopula intincta *Arladæ* (*nempe arcano PARACELSI, cujus secretis in ulceribus & malis externis quam internis fidem habemus*) semel tantum attigisset, polypus in se contrahebatur, & ita curatus est, ut amplius nunquam redierit. GESNERUS ait. Qui propriè polypus dicitur, interior scilicet, difficilior est curatu: exterior verò in summo naso, aut ad latera, carnis quædam excrecentia est, cuti concolor, sed in valde senibus livet, sine dolore, pendula ferè, talem pilo equino circumligato curari audio. HILDANUS epist. cent. I. epist. 61. incipienti polypo aliquando ad radicem illius beneficio instrumenti vinculum injecit, feliciterque ipsum fi-
lo

lo abscidit, postea per aliquot dies exsiccantibus adhibitis medicamentis æger convaluit.

Meum ligationis modum hic addere supervacaneum est: cum eundem in observatione satis declaratum lector inveniet.

CAPUT XVI.

De cura polypi per ustionem.



DE ustionis modum antiqui polypum ejusque radices exstirpare conati sunt: cujus medicina vis non aspernanda. Verum cum difficilis admodum sit ejus administratio, præcipue ubi circa latera radix consistit, ego semper medicamentis eandem ferè habentibus vim usus sum, præsertim cum hujus regionis mortales non tum proni ad ignitas illas operationes perferendas, reperiantur.

Modum autem præscorum curandi polypum per ustionem propterea hic subjungo, ut si fortassis te quispiam. (*lector honorande*) consulerit, qui eam admittere velit, habeas quomodo procedendum. Actuali enim citius hoc efficiamus, teste PLATERO, cauterio, quam potenciali, ferro candenti per canalem intromisso, polypumque urendo. VALESCUIS. Si verò polypus fuerit dolorosus, rubei vel fusci coloris, ab AVICENNA vocatur *Albanabeth*, talis debet curari cum cauterio actuali, &c. VI-

Rolandi
modus u-
rendi.

Hipp. u-
rendi mo-
dus.

GO. aut efficitur per extirpationem cum instrumentis ferreis, & cauterisatione actuali, cauterio radicitus cauterisando cum instrumento argenteo cannulato. PISO. conficitur cannula argentea, per quam dimittitur cauterium ignitum internæ parti narium circa septum. ROLANDUS. Si fieri potest, statim illa caro superflua tenaculis accipiatur, & in quantum fieri potest trahatur ad inferiora, & si totus venerit, totus extirpetur, & si totus non venerit, quod tantum venit incidas: & si nullo modo venit, nec tenaculis ad inferiora trahere valeamus, tasta de malo terræ sicco, vel medulla sambuci, vel bryoniæ, vel dragonteæ, vel viticellæ, aut aristolochiæ rotundæ nares elargentur, & instrumentum concavum factum ad modum cannæ per nares elargatas mittimus, per ipsam verò cannam ferream vel æneam ferrum immittatur, & locus diligenter incendatur, & vitellum ovi cum oleo communi supermittatur, quousque ignis cadat ab eo: postea cura ut cætera vulnera. HIPPOCRATES de secunda polypi specie sic loquitur. *Alius polypus.* Impletur nasus carnibus, & ad contactum caro dura apparet, & per nasum spirare non potest. Quum sic habuerit, fistula immittitur ferramentis tribus aut quatuor urito, & post unctionem *Veratrum nigrum* tritum injicito: & postquam computruerit, & exciderit caro, linamenta melle indita cum æris flore indito, & ubi curatum fuerit ulcus plumbeas massas sive fistulas melle illitas, immittito, donec sanus fiat. *De tertia specie hæc habet.* Omnes autem hos urere oportet, & post unctionem veratrum inspergere, postquam autem computruerunt æris flore cum melle expurgare; curatio autem etiam plumbo immisso fiat. & hæc de urendi modo satis.

Dili,

Diligens & in hac operatione requiritur chirurgus, qui & sit cautus, ne polypum urere se putans, excipiat vicinas partes. Validissimum itaque ad manum habeat famulum, qui caput patientis firmiter amplectatur, & quo minus movere se possit, teneat: cannulam deinde valenter ipsi polypo applicet, ac ultimo ferrum igne candens adigat, post modo usitato procedat.

cautio est
caustio-
nem

CAPUT XVII.

De processu in polypo cancroso servando.

DE cura polypi propriè dicti hæc sufficient; Super est nunc, quoniam polypus etiam infestat secundum CÆLIUM cum carcinomate, eius curandi, seu potius tractandi methodum proponere; quam HIPPOCRATES medicorum princeps his verbis Aphoris. 38. sect. 6. tradit. *Cancros occultos omnes melius est non curare; curati enim citò pereunt; non curati verò longius tempus perdurant.* Hoc nihil verius dici posse, præter sequentes authoritates, ipsa veritatis mater experientia satis uberrimeque declarat, chirurgoque ut in eo procedendum, dilucidè proponit.

Hipp. can-
cri cura-
tionem
tradit,

VALESCUS De TARANTA ait. Si autem fuerit cancer, (*polypus scilicet*) melius est palliare, & dolorem mitigare cum anodynis, quam incipere curam, & promittere, & non attendere, ut multi deceptores faciunt.

Valescus
palliati-
vâ
curam
suadet.
ejus can-
dor.

CEL-

polypus
quando
non attin-
gendus.

Lanfranc^o
pallianti-
am probat

Paul^o urit.

Jacchinus
anodyna
comendat

polypo
cancroso
blandien-
dum.

Chalmetei
linimen-
tum.

CELSUS. quæ καρκινώδες est, attingi non debet. **LANFRANC.** Incurabilis polypum nasum reddit durum, lividum seu nigrum, & magnam profunditatem tenet, quam quantò magis videris majori nigredine, majorique participare duritie, majoremque locum occupare, tanto plus existima, ab eo fugiendum, quoniam naturam tunc tenet canceri; & quantò plus eum curare niteris, tantò plus videbis ejus maliciam augmentari, *Paulo post addit.* Ejus verò quem incurabilem diximus, non assumas curam: Si tamen rogaris nimis, palliantiam curam adhibe. **MESUE.** Si polypus fuerit cancerosus, cura ejus est difficilis: curatur tamen quandoque cum medicinis acutis & alijs &c. **PAULUS.** malignos & pervicaces polypos candentibus, ferrentis adurere consilium est, inde remediis ustioni dicatis, **JACCHINUS.** Si verò cancer sit integer, attingi non debet: at exulceratus, continuè allui succo solani densato in vase plumbeo cum plumbeo pistillo, aut ex succo foliorum salicis: demum medicamento quod siccet citra calorem, hujusmodi est extutia &c. *In Enchiridio medico chirurgico practico hæc verba leguntur.* Sunt enim quidam polypi maligni, qui ferro & validioribus medicamentis irritantur, & in caneros transeunt. Si ergo cum tactu irritantur, non sunt attingendi, sed eis blandiendum ad motis topicis, quæ eorum maliciam domant, qualia sunt oleum vitellorum ovorum, solani &c. **CHALMETEUS.** Si polypus seu caro supercrescens in ulcus cancerosum degeneravit: nec ferrum admovendum, nec ejus curatio tentanda, nisi ficta & fucata, ad quam rem nihil præstantius esse puto linimento sequenti. *Unguenti de plumbo, de suc-*

eo solani an̄^{3j}. aquæ rosar. ^{3℞}. diutissimè agitentur in mortario plumbeo, & liniatur affectus. Hujusmodi enim linimentum temperat humoris acrimoniam, ac corrosionem, maximè prohibet & siccat. VIGO. Si polypum per sua signa cancerosum esse cognoveris: prudentis medici est, ipsum curatione eradicativa nullatenus per medicamenta acuta tentare. Imo (ut inquit RHAS.) ipsum palliare medicaminibus blanditivis melius est, quam eradicare. Ipso enim existente canceroso, esset ipsum exasperare, & vitam ægrotantis abbreviare. Nam (ut inquit AVICENN. *authore* HIPPOC.) accidit cancer in quibusdam horis, ut sanetur incipiens, confirmatus verò non: & multotiens quidam accidit cancer interior occultus, & tunc est rectificatio in eo, quæ rectificatio est, ut non moveatur acuto medicamine, nec cum instrumento ferreo: quandoquidem si moveretur, fortassè ægrum ad festinam mortem perduceret: & si dimittatur, & procedatur curatione palliativa, fortassè prolongatur vita ægrotantis cum salute quandam.

cancerosus
irritatur
acutis

cancer incipiens interdum, confirmatus nunquam curatur.

Perficitur autem curatio palliativa, ablutione sæpius reiterata cum sero caprino, cui adhibitum parum sacchari, aut cum decoctione hordeacea, in qua ingreditur virtus lentium per decoctionem plantaginis & solatri cum modico sacchari candi. Istæ enim lotiones lavant, purgantque materiei acuitatem remittendo. Deinde facta hujusmodi lotionem, summoperè valet istud linimentum intus positum, cuius talis est descriptio. *℞* Unguenti rosati omphac. ^{3.3.} Unguenti rosati, vel unguenti Galen. ^{3.2.} succi plantaginis,

curatio palliativa quomodo fiat.

linimentum vigonis.

G

so.

*solatri. an. ʒ. 8. Lithargyr. aur. argentei. an. ʒ. ʒ. Tutia Alex-
andrina. ʒ. ʒ. Cerussæ ʒ. ʒ. Bulliant succi simul cum oleo &
unguento prædicto, usque ad consumptionem succorum,
deinde colentur, addendo *cerae albae* ʒ. 6. & iterum bulli-
ant unica ebullitione, addendo reliquarum ingredientium
singulatim unam post alteram, & omnia in mortario plum-
beo simul ducendo per duas horas. Ultimo loco addan-
tur *camphoræ* secundum artem trituratæ ʒ. 2. Item ad ean-
dem intentionem valet *oleum de vitellis ovorum*, cum ma-
ximâ doloris sedatione, ipsum diutius ducendo in mortario
plumbi, & si cum ipso adderetur parum *lithargyrii aurei
& argentei*, parumque *tutiae Alexandrinae*, & tantundem
de lapide hæmatite cum modico *succi plantaginis & solatri*,
fieret vehementioris efficaciae, cum exsiccatione &
prohibitione putrefactionis, addendo in fine parum de
camphora, erit magis inflammationis sedativum. Ulterius
invenimus in isto casu non parvam utilitatem infra scri-
ptum auxilium in forma liquoris habere. *Pomi granati
acetosi & dulcis. N. 2. Myrobal. citrin. ʒ. ʒ. Folior. Planta-
ginis & solatri. olivar. silvest. Caudæ equinae. an. M. ʒ. Con-
solidæ minoris tertiam partem unius manipuli. Zucchari
Tabar. ʒ. 2. Sapæ ʒ. 3. Omnia terantur subtilissimè, deinde
bulliant unicâ ebullitione, permanendo similiter per duas
horas, deinde coletur, fortiter exprimendo, & iterum ad
ignem bulliant usque ad mellis spissitudinem, & utere cum
licinio.**

Liquor.

Polypus
folet dege-
nerare in
ozanam.

His adjungo, si ex polypo ozæna insurrexerit, consule

cu.

curandi methodum, quam tibi, lector amice, tradit celeberrimus ille HILDANUS centur. 2. observ. chirurg. 22. ad quam te relego; uti & ad cistam medicam JOANNIS HORNUNG. Teq; coronidis loco hoc observare velim, ut, quum tibi occurrit, qui naturam æmuletur cancri, cujus & signa tradita, ab eo caveas, ejus curationem aggrediente tentes. Si verò secus feceris, sopitos irritabis crabrones, ac fugiendo charybdim, incidēs in scyllam.

Authoris
de cancro
suo admonitio.

F I N I S.





OBSERVATIO PRIMA.

De polypo ambas nares replente.

P Arens meus p. m. LUDOVICUS GLANDORP Chirurgus Coloniensis, ibidem cerevisiarij cujusdam filium annorum 10, polypo ex utraque narium parte propendente ad labia curandum suscepit, radices erant circa ossa Ethmoidea, odoratus & loquela depravata reddita. Constitutio ipsius capitis frigida & humida, undè & mali origo, hinc facilius quoque accrescebat absque tamen dolore. præscripsit parens p. m. Apozema primò sequens.

Apozema.

℞ Radic polypod. querc. ʒ. 6.
 Pœonia mar. ʒ. 2. Enulæ ʒjß.
 Cort citri. Arantiar. an. ʒj.
 Herb. Betonic. Primulæ ver. an. M r.
 Salviæ. Rosmar. Amarac. an. P. 2.
 Flor. stæchad. Arab. P. 1.
 Sem. Anis. Fænicul. an. ʒjß.
 Uvar. corinth. lotar. & incif ʒ. 6.
 Hordei mund. P. 2.
 Cort. ligni Guajaci. ʒ. 2.
 Salsæparill. Salsæphras an. ʒ. 1.
Bull. ex aqua comm. l. a. Colat. infund. per N.

Rha-

Rhabarbari optim. & repurgat. ʒjss.

Folior. Senæ f. st. ʒβ.

Agaric. trochisc. ʒ. 2.

Spic. gr. 7.

Mane ex fervore Colat. fort. express. & clarif. ʒ8. adde.

Syrup. ex polypod. compos.

de fumar. compos. an. 3. 6.

Aquæ cinamomi. ʒ. 2.

Misc.

De quo alternis diebus ʒ. 2. plus vel minus, alvi solutione tolerabili superveniente, assumit. Finito illo mane & vesperi hoc decocto sudorifero ad ʒ. 3. tepido usus fuit.

dosis.

ʒ. Sassafras. ʒ. β. Sassaaparill. ʒ. 1.

Ligni Guajac. ʒ. 2.

*decoctum
sudorife-
rum.*

*His affunde aquæ claræ. ℥. 4. stent in maceratione per
D. & N. in fictil. post coquantur ad consumt. med. in fine
addendo.*

Flor. stzechad. Arabic. P. 2.

Cinamom. morsu elect. ʒ. 2.

Uvar. Corinthiac. lotar. ʒ. 1.

Colat. ℥. 2. serv. ad usum. Residuo decocti adde & per N. affunde Aquæ commun. ℥. 6. deinde bulliant ad consumt. tert. p. tum adde liquirit rasæ ʒ. β. Cinamom. acutiss.

*decoctum
ordinariū.*

ʒ. 2. Colatura servetur pro potu ordinario. Diata interrim conveniens servata, & corpus cibis euechymis nutritum. Portiones propendentes amputare, quousque poterat parenti p. m. in animo erat, verum refirmidabant astantes: capropter nunc unguentum Ægyptiacum, nunc Apofolorum, nunc spiritum Vitrioli, nunc sulphuris oleum, dextrè adhibebat, inferiores & circumstantes quoque par-

Diata.

*polypus
ut tracta-
tus.*

G 3

tes

tes solerter defendebat, atque ita paulatim portiones extranares delatas absumebat, idque sine insigni dolore.

polypi radices circa ossa ethmoidea.

apozema reiteratur.

Cum jam eousque esset perventum, percepit radices circa Ethmoidea ossa consistere, ideoque difficiliorem curam cognovit futuram, partim cum ligatura nihil effici posset, partim etiam quia medicamentorum administratio difficilis ob narium angustiam & carnis repletionem. Denuo per actis prius aliquot septimanis in assumptione sudoriferi, ad Apozema perventum, quoniam caput adhuc humidum fatis, cui adjuncta hæc Cucupha.

Cucupha.

℞ Flor. Lavendul, Salviæ. Cheiri.

Anthos. Chamæm. R. Stæchad. Arab. an. P. 2.

Rosar. rub. P. 3. Amarac. Mentæ. an. P. 1.

Laudani depurat. ʒ. i. Benzoi ʒi ʒ.

Nuc. moschat. Cariophyllor. an. ʒjss.

Spicæ ʒʒ. Trochisc. Galliæ moschat.

Alyptæ moschat. an. ʒj.

Incid. cont. g. m. fiat ex his cucupha reticulatim intersuta, quam de die nocteque gestet. Hæc non sine emolumento adhibita: post utramque aurem vesicatoria administrata, ac his tali modo caput exsiccatum, ut & tumor quasi à se ipso collabi & contrahi videretur. Interim tamen loco affecto unguentum *Ægyptiacum* cum portione præcipitati, tam dextrè adhibitum, & circumvicinæ partes tantâ cum industriâ munitæ, ut ne minima excoriatione tentatæ fuerint. Ubi jam polypus radice tenuis extirpatus, pro consolidatione linimenta cum unguento exsiccativo adhibita, & cicatrix inducta, suffumigiis quoque non neglectis ex exsiccantibus convenientibus.

polypus curatus.

Atq

Atq; ita Divino annuente numine puer hic pristinam
sanitatem, odorem quoq; deperditum, nec non respirationem
liberam cum loquela inculpata recuperavit, neq; ab eo tempore
unquam de affectu illo conquestus fuit: post decennium verò
peste obiit.

OBSERVATIO SECUNDA.

De polypo propendente à latere ossis nasi curato per
ligationis modum.



Non ita pridem maritata, gravida insuper,
cum de viro suo, à quo ab aliquot septima-
nis sejuncta, nil literarum habuerat, quique
autumnali tempore per mare iter suum di-
rexerat, anxia sollicitaque esset, ac cum fle-
tu & gemitu hebdomadas illas peregisset,
Coryza ad nares diu multumque profluente correpta fuit,
hinc humor ille falsus & acris destillans per os Ethmoideum
(erat namq; constitutio corporis biliosa, cui tamen non nihil
adustorum humorum permistum, ut temperatura & corporis
actiones demonstrabant) ob crebras emunctiones exulce-
rationem quandam in interna narium parte crustam indu-
centem excitavit, quam dum aliquoties in die digito avelle-
ret, ulcus inde obortum, quo neglecto **S**arcoma successit,
indies accrescens debellata coryza, quod tanquam insoli-
tum unguibus vellicabat, & ad sanguinis usque profluvium
irritabat: hinc carnea illa exerescentia magnitudinem ma-
jorem quotidie adeptã, brevi instar fabæ, origine seu radice
sua

Causa hu-
jus polyp-
i exco-
riatio

polypus
augetur.

sua circa os nasi lateris dextri dependente, respirationi & loquelæ incommodans, adauçta, inque polypum versa fuit. Antequam me accessit, alios prius in consilium vocarat medicos, qui rem periculi, laboris ac molestiæ plenam pronuntiaverunt, ac suæ professionis affectum talem haud esse, sed ad chirurgum exercitatissimum pertinere, affirmaverunt.

Author
qualiter
polypum
invenit.

Ad ædes itaque meas cum venissent, diligenter naribus expansis partem affectam inspiciendo, reperi polypum instar fabæ in latere dextro consistentem, pendulum, mollem, flaccidum, in æqualitatibusque plurimis, instar polypi piscis pedum, donatum: color ejus non ex toto unus, verum aliquibus nigris maculis conspersus, cernebatur, vix dolorem inferebat, nisi quod loquelæ & respirationi impedimento, oreque aperto, quod & indies augmentum capiebat, dormire cogebatur. Ego affectus difficultatem & periculum significavi; ac ut alios, quum & ipse nondum satis benè ex quadrimestri morbo valerem, ea de re etiam consuleret hortatus fui. Verum instanter, ut quicquid Deus & ars concederet, suggereretque, id ipsum non modo suaderem, verum & molirer, urgebat. Præscripsi itaque pulverem, cujus portio supra carbones injecta fumum excitaret, infundibuloque superimposito, naribus eundem idque quarto, vel tertio ad minimum in die exciperet, post quatuordecim dies ipsam invisi, quæsi vique numne circa pleni lunium majus percepisset incrementum, nullum, inquit, nisi quod indies accresceret, majoremque pareret molestiam: denuo inspiciendo, satis auctum inveni polypum. Tum in hanc perveniebam sententiam, me medicamento illo, quod à GALENO lib. 3. secundum loca summè decantatur,

sufflumi-
gium præ-
scribitur.

ur, uti velle: verum cum nullum genus malorum granatorum haberi posset, mentem mutavi, instrumentumque excogitavi, per quod pulvis astringens & exsiccans cum levi mordacitate partim ad nares alterius ope posset inflari, partim ipsamet sponte attrahere: antequam autem id aggrediebatur, primo os aqua frigida replebat, ne, si forsan quidpiam ad fauces perveniret, damnum inferret, aut tussim excitaret. Hoc per aliquot dies adhibito potius declinavit, quam quod sit factus major: at sternutationes insignes obortæ fuere, ob materiæ acrimoniam, superveniente quoque circa os cribrosum & processus cerebri mammillares dolore gravativo, ea propter & ab illo destiti, fronti que ut *cuminum contusum* apponeret, suasi.

autor instrumentū excogitat pro inflatione.

pulvis sternutationē excitat.

Interma negliguntur remedia.

hæmorrhagia oboritur.

Internis medicamentis, quamvis quidem dabatur locus, *secundum HIPPOC. 4 aphor. 1. & 5. Aphor. 29.* iisdemque me non parum quoque effecturum sperabam: attamen nullis rationibus eo adduci poterat: ideo neglecta illa omnia, nec quicquam eorum adhibitum, ut & polypo per septimanas ferè duas nihil admotum, hinc accrevit, & è naribus fermè propendens visus fuit. Aliquoties, ut liberarer ab ista patiente, optavi: verum parens meus *p. m.* per literas instigabat, ne manum amoverem (*summa namque familiaritas inter ejus maritum & ipsum erat*) meque observatione præcedenti consolabatur, cujus etiam affectus multo exstiterat periculosior. Interea dum nihil adhibebatur, dolor capitis intensior reddebatur, insignis sanguinis copia per os alternis diebus, idque tertio, evacuabatur. Hinc dolor mitigatus, respiratio autem ob insignem polypi molem tam difficilis oborta, ut de nocte non raro

H suffo.

author sectionem proponit.

Unguentum catharticum.

eschareticum escharæ impositum nullius est efficaciam.

author consueto more procedit feliciter.

suffocationem minaretur. Ideo proposui sectionem, eamque absque ullo periculo peragi posse, & tutissimam esse, neque dolorificam, asserui. admittere & hanc noluerunt: ob ingravidationem, & hæmorrhagiæ periculum unâ cum patiente mater ac astantes. Unguentum itaque vim habens catharteticam seu escharoticam maximâ cum solertiâ adhibeo, ne & vicinæ quoque lædi possent partes, eas *unguento albo camphorato* illino; ex cuius usu eschara circumcirca inducta, quam sub vesperam butyro filamentis carptis inunctis, tango, mane *forcipe* ad id aptata *cochlearis instar* polypum apprehendo, escharamque ratione butyri emollitam, quo blandius abscederet, detraho: quod si vero eschara nimis tenax & profundata, in usu butyri perstiti. Nam quamvis medicamentum corrodens denuo crustæ seu escharæ apponerem, nihil tamen eo in loco, ubi incrustata cernebatur caro efficere potui, quin prius id ipsum, quod mortificatum erat à præcedenti applicatione corrosivi, ablatum. quod quamvis à medico quodam doctissimo, qui & medicamenta pro extirpatione transmiserat, improbabatur, ea ratione ductus, ac si interea nova caro regeneraretur sub eschara, ibique repullularet, ego tamen more inchoato non absque felici successu progressus fui. Hic modus cum notabili imminutione continuatus, verum ante partus tempus eradicari totaliter non potuit, ideo destiti: cum & sternutationem valentem ad motio unguenti excitaret, interdum tamen solo *Spiritu vitrioli* leniter excepi.

Enixa jam, ac lochiis bene expurgatis, concidit aliquantulum tumor, cum exinde venæ exhaurirentur: at deinde denuo accrevit. Post sex itaque à partu, & à mali initio, uti ipsamet computabat, triginta tres septimanas rursus

sum

sum vocatus, adversus solis radios posita ægra, nares dilata-
 tando, invenio, inæqualitates antè assignatas majores author
 durioresque redditas, suasi imò petij, ut sectionem, quam post partum de-
 ego instrumento HIERON. FABRII ab Aquapen- nuo secti-
 dente, aut *cultello falcato* aggredi volebam, concederet, onem pro-
 hancque tutissimam, nec dolorificam, & cum minori mo- ponit,
 lestia, quam causticorum applicationem adhiberi posse, af-
 firmabam: reformidabant & ægra & astantes, absentiaque
 mariti excusabant. Unguentum itaque FELICIS WIRTZ author
 adhibeo, corrodens; verum non talem, qualem sperabam, unguento
 & ipse promittit, eventum dabat, ideo meum superius ad- Wirtzij u-
 ministratum appono, quo nullum in effectu præstantius re- titur
 peri: *oleo quoque Sulphuris, Tartari, Spiritu Vitrioli & si-*
milibus tetigi, minorem quoque & illa escharam induxe-
 runt. Tandem maritus medicamenta quædam transmit- Maritus
 tit, inadetque per literas, ea adhibenda; verum liquorem, medica-
 quo debebat excipi, *pro oleo Mercurij, aut solutione capitelli* menta
habebam. transmit-
tit.

Quare cum de eo essem dubius, aciem acus oleo im-
 misi seu liquori, leviterque affectum tetigi: dolor intol- author
 erabilis, quem *lacte muliebri* per nares attracto demulsi, dolorem
 obortus, ut ab ejus applicatione desisterem, petiit. Vide- lacte se-
 runt itaque facilius esse, in absentia multa præscribere, & dat.
 transmittere quam in præsentia unum ex iis tutò, citò, & author in-
 jucundè applicare. Sereno tandem existente cælo, instru- strumento
 mento ad id excogitato, naribusque immisso, radicem dun- ad id in-
 taxat, circumcirca apprehendo, ac exteriora versus narium vento ra-
 expello: denuo urgeo sectionem, vel instrumento Aquæ- dicem po-
 pendentis, vel cultello incurvo in formam semilunæ, quæ lypi am-
H a bit,
omnia denuo se-
ctionem
urget.

randem
ligatu-
ram in-
strumen-
to a se in-
vento ad-
hibet. 7
fit ligatu-
ra :

16 decidit
polypus,

& curatur.


omnia in promptu erant. Ut antea ita & nunc hoc recu-
sant. Ultimò ad propositum conveniens instrumentum
fabrico, quo cum radicem circumcirca ligavi. Hamulum
scilicet incurvo cuspide, pomulo oculato, per quem filum
sericum inceratum transegi, firmiterque injecto nodo in-
tortoque filo cum duobus aliis specillis circum ligavi septi-
ma Julij, interdumque aliquid butyri adhibui, alternisque
diebus constrinxi, 16. ejusdem mensis, cum filum arctius
contraherem, excidit polypus, & vix cochlearia duo sangui-
nis effluxere. Linteamina combusta ad manus erant, quo-
rum portionem adhibui, altera die nil reliquiarum conspe-
xi: ideo sigillationem empl. diapompholyg. superasperse
pulvere meo epulotico, induxi, feliciterque, pro quo DEO

*O. T. M. sit honor laus & gloria in sempiternâ
secula, curata evasit.*

F I N I S.



I N D E X.

 <p> Cori radix valet in polypo. 32. Æginetæ remedium pro polypo. <i>Ibid.</i> Æginetæ secandi modus. 38. Aetius varia præscribit. 33. Alcasiu. 3. Apozema in polypo 52. reiteratur. 54. Aquæpendentis laus, 40. ejus instrumentum omnia simul una vice agit. 41. Aqua fortis absumit polypum. 53. Arlada Paracelsi arcanum. 36. 44. Atramentum sutorium pro polypo. 33. Author considerat tantum nasi structuram quatenus chirurgus. 5. Author varia quidem proponit medicamenta, at cum cautione. 30. Authoris experientia circa remedia. 36. ejusdem annotatio de oleo mercurij. 37. ejusdem epilogus de usu medicamentorum. <i>Ibid.</i> Author varios secandi modos proponit. 37. Author Aquæpendentis instrumentum inter sua habet. 41. Authoris secandi modus. 42. Authoris de polypo cancroso admonitio. 51. Author qualiter polypum inve- </p>	<p> nerit. 56. suffumigium præscribit <i>Ibid.</i> instrumentum ad insufflandum excogitat. 57. Sectionem proponit, consueto suo more procedit feliciter. 58. Sectionem post partum denuo proponit. 59. Unguento Wirtzij utitur. <i>Ibid.</i> Instrumento à se invento polypi radicem ambit. <i>Ibid.</i> denuo sectionem urget. <i>Ibid.</i> tandem ligaturam suo instrumento adhibet. 60. Bertapalliæ pulvis in polypo. 32. Bertrucius polypum fico assimilât. 23. Brassica erratica polypum absumit. 35. Brunus post incisionem cauterizat, 40. Cancerosus irritatur medicinis acutis. 49. Cancer incipiens interdum, confirmatus nunquam sanatur. <i>Ib.</i> Caro errans facilius, quam naturali modo se habens augetur. 24. Cartilago in sectione non lædenda. 37. Causa polypi excoariatio. 55. Cauterium in Suhendegh. 28. Cauteria conducunt, & quomodo applicanda. 35. Cautela in adhibitione cauterij. 47. Cerebri processus mammillares. 4. Celsi medicamentum in polypo. 32. Chalmetei linimentum. 18. H 5 Con- </p>
---	--

I N D E X.

Contra naturam & præternaturam ut differant.	9.	Indicationes ab humoribus 26. & 27.	lia ex vulnere &c. <i>Ibid.</i>
Crista galli.	3.	Interna remedia negliguntur.	57.
Cribrosum os.	<i>Ibid.</i>	Joannes Andreas à Cruce de filo nodoso.	41.
Cucupha.	52.	Lamponis medicamentum pro polypo.	34.
Cucurbitulæ adhibendæ.	29.	Lanfrancus palliantiam curam adhibet.	48.
Cura palliativa quomodo fiat.	49.	Ligatura omnium modorum exstirpandi polypum optimus.	42.
Decoctum Guajaci quando & quibus conveniat.	29.	Ligatura ex quibus fiat.	43.
Decoctū sudoriferū in polypo.	53.	Ligatura fit ab authore 7 Julij. & 16 decidit polypus.	60.
Diæta in polypo.	<i>Ibid.</i>	Luff semen Serpentariæ.	32.
Dolorem sedat author lacte.	59.	Lusitani emplastrum.	36.
Epulis.	24.	Malicorium valet in polypo.	31.
Escharoticum escharæ impositum nullius est efficaciam.	58.	Mesue modus excindendi polypum.	39.
Fernelij accurata de polypii generationis modo sententia.	23.	Nasus quid 1. partes habet externas & internas. 2. ejus cutis. <i>Ibid.</i>	
Ferratæ secandi modus.	39.	Nasi pinnæ. 2. columna. <i>Ibid.</i> globulus. <i>Ibid.</i>	
Filū nodosum ex lino Albuc.	40.	Nasus pinguedine caret 2. duplices muscul. 3. ossa. <i>Ibid.</i>	
Filino dosi operatio crudelis.	41.	Nasi os ethmoides ex quadruplici constat ossium genere.	3.
Filo serico polip ⁹ intercipitur.	44.	Nasi Isthmus. 3. cartilaginee quinque. 4. Thalami, Rhothonæ. <i>Ibid.</i>	
Galenii medicamentum ex malis punicis. 30. eo quomodo utendū. <i>Ibid.</i> Mesue idem describit. <i>Ibid.</i> Jacchinus idem medicamentum exactius tradit.	31.	Torcularia. <i>Ibid.</i>	
Generaliora adhibenda antè topica.	27.	Nasus cur osseus & cartilagineus. 4. cur duo foramina. <i>Ibid.</i>	
Glabella.	1.	Nasi venæ. 4. arteriæ, nervi, tunica interna. 4. usus.	5.
Hæmorrhagia oboritur.	57.	Notanda quæ circa medicamenta fluida.	30.
Hildan ⁹ polypū filo abscindit.	44.		Ny-
Hippoc. excindendi polypum modus. 38. ligandi modus. 43. utendi modus.	46.		
Hipp. sancti curationem tradit.	47.		
Jacchin ⁹ ligaturā Galeni laudat.	34.		
anodyna commendat.	48.		

I N D E X.

- | | |
|---|---|
| <p>Nycticoracem in polypo com-
mendat Apollon. 34.</p> <p>Os spongiosum. 3.</p> <p>Ossis frontis cavernæ. <i>Ibid.</i></p> <p>Patientis maritus medicamenta
transmittit. 59.</p> <p>Paulus urendum asserit. 48.</p> <p>Philagrii medicina pro delicatiori-
bus. 34.</p> <p>Rigraus à reliquis distat. 8. com-
mendat Sabinam. 36. modum
non per sectionem sed circum
actionem proponit. 39.</p> <p>Filo equino polypus intercipitur.
44.</p> <p>Platerus consentit cum Fernelio
24.</p> <p>Polypi descriptio. 6.</p> <p>Polypi piscis varia nomina 13. varia
genera. <i>Ibid.</i></p> <p>Polypus morbus undè dicatur. 15.</p> <p>Polypum hæmorrhoidas appellat
Rhasus. 16.</p> <p>Polypus Scorpioni assimulatur ab
Albucis. 16.</p> <p>Polypi narium exacta comparatio
cum polypo pisce ex Lanfranco
<i>Ibid.</i></p> <p>Polypus quas narium partes affi-
ciat. 17. ejus situs. 18. ad quod
genus morbi referatur. <i>Ibid.</i></p> <p>Polypus quæ caro dicatur propriè.
<i>Ibid.</i> ejus differentia à caruncu-
lis. 19.</p> <p>Polypum cum ozæna confundit
Horat. <i>Ibid.</i></p> | <p>Polypi quinque sunt species ex
Hipp. 20.</p> <p>Polypum secundum quatuor hu-
mores distinguit Forestus. 21.</p> <p>Polypi causa proxima. 22. post
quas oriatur ægitudines. <i>Ibid.</i></p> <p>Polypi materia non semper est a-
cris. 22. plus de frigidis quam
calidis humoribus. <i>Ibid.</i> ejus
causa ex Galen. 23.</p> <p>Polypus fit ex narium nuttimen-
to. <i>Ibid.</i></p> <p>Polypi duplicem Piso statuit gene-
rationis modum. 24.</p> <p>Polypus caro est errans. <i>Ibid.</i></p> <p>Polypus quis facilè & difficulter
curetur. 25.</p> <p>Polypi qui attingendi. <i>Ibid.</i> quan-
do non attingendi. <i>Ibid.</i></p> <p>Polypi causa omnium primò in-
vestiganda. 27.</p> <p>Polypus serico filo intercipitur.
44.</p> <p>Polypus piscis ustus valet ad poly-
pum. 31.</p> <p>Polypodij radix valet ad poly-
pum. 32.</p> <p>Polypo caneroso blandiendū 48.</p> <p>Polypus quando non attingen-
dus. <i>Ibid.</i></p> <p>Polypus ex utraque narium parte
propendens. 52.</p> <p>Polypus ut tractatus ab autho-
re. 60.</p> <p>Polypi radices circa ossa ethmoi-
dea. 52.</p> <p style="text-align: right;">Po.</p> |
|---|---|

I N D E X.

<p>Polypus solet degenerare in ozæ- nam. 50.</p> <p>Polypus curatus. 54.</p> <p>Polypus augetur. 55.</p> <p>Præcipitatus pulvis vigonis com- mendatur. 36.</p> <p>Pulvis sternutationem excitat. 57.</p> <p>Recidiva polypi post annum. 44.</p> <p>Reliquiæ ut auferendæ ex Albuc. 39.</p> <p>Rondeletij aqua in polypo. 36.</p> <p>Rote Henitz. <i>Ibid.</i></p> <p>Rolandi urendi modus. 36.</p> <p>Rulandus aquam mercurialem commendat. <i>Ibid.</i></p> <p>Rutæ succus laudatur in polypo. 33.</p> <p>Serpentariæ succus & radix valet ad polypum. 31.</p> <p>Serratura Valeſci. 38.</p> <p>Secandi polypum modus Garigæ &c. 38.</p>	<p>Sinapi remedium pro polypo. 33.</p> <p>Suffumigia laudat Platerus. 35.</p> <p>Suhendegh quid. 28.</p> <p>Taliacotij sententia de filo nodo- ſo. 41.</p> <p>Trochifcorum Alcadicon confe- ctio. 32.</p> <p>Valeſcus palliantiam curam adhi- bet. 47. ejus candor. <i>Ibid.</i></p> <p>Vibriffæ. 2. eis evulſis hæmorrha- gia. <i>Ibid.</i></p> <p>Vigo proponit instrumentum eannulatum argenteum. 46.</p> <p>Vigonis linimentum. 49.</p> <p>Vitrioli ſpiritus & olenm abſu- munt polypum. 53.</p> <p>Unguentum Apoſtolicum valet ad polypum. 31.</p> <p>Vomerem os referens. 3.</p> <p>Ultioni vis in eſt non aſpernanda. 45.</p>
--	---

F I N I S.

BREMÆ TYPIS WESSELIANIS.
Sumtibus authoris.



①

Chin 221

